



S I L E N T

E D I T


309 H H

19









44.203

PROPRIUM  
SANCTORUM  
ECCLESIAE ABBATIALIS  
*SANCTI SATURNINI,*

Juxta ritum Breviarii Tolosani.




CARCASSI,

Ex Typographia R. HEIRISSON, Regis  
Typographi.

---

M. D C C. LXXVIII.



PROPRIUM SANCTORUM  
ECCLESIAE ABBATIALIS  
SANCTI SATURNINI.  
PARS HYEMALIS.

---

DIE XXVIII. NOVEMBR.

In Vigilia  
SANCTI SATURNINI,  
Protopræfus Tolosani  
& Martyris.

[Fit de ea etiam in Adventu. Si autem venerit in Dominica, anticipatur in præcedens Sabbatum.]

AD OFFIC. NOCT.

Simplex.

Invitatorium & Hymnus, ut in Communi unius Martyris.

Psalmi & Antiphona de Feria occurrente. In Adventu, tres Ant. è j. vel ij. Noct. Dominicarum Temporis, juxta Feriam.

¶. & duo priora R. è III. Nocturno unius Martyris.

Lectiones dua priores de Scriptura occurrente; è tribus fuit dua. Lectione iij. cum suo R. ut in Breviario. Non dicitur Te Deum.

¶. Sacerd. ut in Communi unius Martyris.

AD LAUDES:  
Semiduplex.

Psalmi de Feria, cum Cantico ut in Psalterio pro Festis. Quinque Antiphona, Capitulum & Hymnus, ut in Communi unius Martyris.

¶. Antiph. ad Benedictus. & Oratio, ut in Breviario. Non dicuntur Preces, nec fuit Suffragia.

AD HORAS.

Duplex-minus.

In fine Hymnorum, (etiam in Adventu,) Doxologia, Sit laus Patri: ut in Communi unius Martyris. Psalmi de Feria. Non dicuntur Preces.

AD PRIMAM, ¶. br. Qui es testis \* fidélis & verus. Apoc. 3.

AD TERTIAM, SEXTAM & NONAM, omnia ut

A ij

4. FEBRUARII. In Festo sancti Gilberti.  
in Communi unius Mart. Commemor. S. Blasii. Ant.  
cum Oratione Vigiliae. Justum. V. Posuisti. Ora-  
tio, Deus, cuius grátia.  
DIE XXIX. NOVEMBRIS.

In Festo  
SANCTI SATURNINI,  
Martyris, Tolosanorum  
Apostoli & Protopræ-  
fusilis, Ecclesiae Abba-  
tialis nec - non Urbis  
Patroni.

ANNUALE.  
Omnia ut in Brevia-  
rio, servato ritu Annuali  
in R.R. tam I. Vesp.  
quam Officii Noct.

Diebus intrà Octavam  
& Die Octava, pariter  
ut in Breviario.

DIE XIV. DECEMBRIS.

In Festo  
S. HONORATI,  
Episcopi Tolosani.

Duplex-majus.

Omnia ut in Breviario,  
servato ritu Duplici ma-  
jori.

DIE IV. FEBRUARII.

In Festo  
SANCTI GILBERTI,  
Sempringhamensis  
Abbatis.

Duplex-majus.

Omnia ut in Communi  
Abbatum, exceptis se-  
quentibus. Oratio, Deus,  
cuius munere.

AD I. VESP. fit

Justum. V. Posuisti. Ora-  
tio, Deus, cuius grátia.  
in Communi unius Mart.

IN I. NOCT. Lectiones  
de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.  
Lectio iv.

Ex ejus vita ab Autora  
coextaneo, apud Bolland.

**G**ilbertus Semprin-  
ghamensis in An-  
glia Lincólnio o-  
riundus, ab adolescéntia  
Deo consecratus est, & in  
Gállias missus ut ibi stú-  
diis vacáret. In Anglia re-  
dux, Seminárium Roberti  
Lincolniensis Episcopi in-  
gressus est. Ab Alexan-  
dro, Roberti successore,  
Sacerdos ordinatus, ad  
Ecclésiæ ejus pœnitentiá-  
rium munus evectus est.  
Tunc novum instituit in  
Lincolniensi comitátu Vir-  
ginum Ordinem, ex do-  
mūs paternæ nōmine Sem-  
pringhamensem dictum.  
In Gállias revertitur ad  
consulendum sui séculi  
oráculum sanctum Bernar-  
dum Claræ-vallis Abbá-  
tem, cui suum committi  
desiderávit Ordinem. Eu-  
génius autem Papa tertius  
huic propó sito nolens ac-

quiéscere, Gilbertum adhortátus est ut inceptum opus constanter perficeret.

**R.** Omnis qui in agóne contendit, ab ómnibus se abstinet : \* Ego igitur sic curro, non quasi in incertum : sic pugno, non quasi áerem vérberans ; sed cas-tigo corpus meum, & in sevitútem rédigo. **V.** A juventúte mea investigábam sapiéntiam : colluc-tata est ánima mea in illa, & in faciendo eam confir-mátus sum. \* Ego igitur. **I.** Cor. 6. Eccli. 51.

*Lectione v.*

**R** Ursús in Anglia re-dux Gilbertus tanto successu profécit, ut mox Instituti sui Vírginum monastéria octo, virórum verò duo, cónrita vidéret, præter hospítia quo-rum & ipse fundátor fuit. Quædam tamen adversa hoc novum Institutum commovérunt : quærélæ ad Alexandrum Papam tértium delatæ sunt : láici fratres adversus ipsum Ins-titutórem insurrexérunt. Sed hos motus compés-cuit autóritas Summi Pon-tificis & Henríci secundi Angliæ regis.

**R.** Non secundùm car-nem ambulámus, sed se-cundùm spíritum ; quóniam sapiéntia carnis ini-mica est Deo : \* Qui au-tem in carne sunt, Deo placére non possunt. **V.** Excelsus Deus & hábi-tans cum contrito & hú-mili spíritu ; ut vivíficet spíritum humílium, & vi-víficet cor contritórum. \* Qui. Rom. 8. Iſ. 57.

*Lectione vi.*

**I** Terùm tamen cum Episcopo Cantuariensi sancto Thoma vexátus est Gil-bertus, qui constans ni-hilominus permansit. Sub vitæ suæ finem onus Su-perioritatis depósuit, & suí loco Rogérium ex discí-pulis suis Abbátem éligi-fecit ; cui & ipse per réli-quum vitæ suæ obedívit. Diem suprémum óbiit an-nos natus sex suprà cen-tum, exeunte século duo-décimo ; & jam ineunte décimo-tértio, váriis in Martyrológiis nomen ejus scriptum invenítur.

**R.** Quæ mihi fuérunt lucra, hæc arbitrátus sum propter Christum detri-menta ; \* Ut invéniar in illo habens justitiam quæ

**6** 4. FEBRUARII. In Festo sancti Gilberti.

ex fide est , configuratus  
morti ejus. ¶. Elegi ab-  
jectus esse in domo Dei  
mei, magis quam habitare  
in tabernaculis peccato-  
rum ; \* Ut. Glória. \* Ut.  
Philip. 3. Ps. 83.

**IN III. NOCTURNO.**

Lectio sancti Evangeli  
secundum Matthaeum.

Lectio viij. Cap. 19.

**I**N illo tempore , Dixit  
Petrus ad Iesum : Ecce

nos reliquimus omnia , &  
secuti sumus te. Et reliqua.

**H**omilia sancti Paulini  
Episcopi.

*Epist. 24. ad Sulpit. Sever.*

*alias 2. §. 5. 6.*

**B**ona quæ nobiscum  
non intuleramus in  
hunc mundum ,  
nec poteramus efferre ,  
quasi mutuata reddidi-  
mus ; nec ut cutem à  
carne distraximus , sed ut  
vestem à corpore depo-  
suumus. Nunc opus est ,  
ut quæ verè nostra sunt ,  
dependamus Deo , hoc  
est cor & animam , &  
corpora nostra exhibentes  
in hostiam vivam , ut scrip-  
tum est , Dómino : nosque  
ipsoſ aedificantes ei in tem-  
plum sanctum , in ipso lá-  
pide angulári , qui nobis

sancificationis nostræ for-  
mulam in semetipso dedit ,  
& ait : Sancti estote , quóniam  
ego Sanctus sum. Quæ igitur nobis grátia ,  
si in alieno tantum fidéles  
fuérimus , nisi de proprio  
serviámus , id est , de lí-  
bero voluntatis arbitrio ,  
ex toto corde nostro , ex  
totis animæ nostræ , ut  
scriptum est , vīribus di-  
ligentes Deum.

**R.** Sapiéntia direxit  
ópera eórum : \* Iter fecé-  
runt per deserta quæ non  
habitabantur ; & in locis  
desertis fixérunt casas. ¶.  
Circuiérunt in péllibus ca-  
prinis , egentes , angus-  
tiati , afflicti , quibus dignus  
non erat mundus : in  
solitudinibus errantes , &  
in cavernis terræ. \* Iter.

*Sap. 11. Hebr. 11.*

**S.** 7. 8. Lectio viij.

**Q**Uamóbrem temporá-  
lium , quæ in hoc sé-  
culo habentur bonorum  
relíctio , sive distractio ,  
non decursus stádii , sed  
ingressus ; nec ut meta ,  
sed ut jánua est. Non enim  
athléta tūm vincit , cùm  
exúitur ; qui ídeò nudá-  
tur , ut incípiat dimicáre ,  
cùm legitime certáverit

coronandus. Et natator amnem interpōsitum superatūrus exūitur; nec tamen hoc tanto apparātu, quod se spoliáverit, transnatabit, nisi totius cōporis nisu torrentis impen-tum scindat, & labōrem natationis exháuriat. Vídeo & in Jacob hujus expeditiōnis órdinem prolu-sisse; cùm illum lego, pos-teáquam torrente trans-misso, præmissis curárum suárum onéribus, id est, facultátum & necessitúdi-num impedimentis, solus in tabernáculi loco remán-ferat, Deo colluctátum.

R. Multitúdinis erat cor unum, & áнима una: nec quisquam áliquid suum es-se dicébat; sed \* Erant illis ómnia communia. V. Ecce quām bonum & quām jucundum habitare fratres in unum! \* Erant.

*Act. 4. Ps. 132.*

*Lectio ix.*

ITaque ad corripiendam vitæ viam, capiendum que Dei verbum, & præ-valendum in regnum cœ-lorum, quod à diébus Joannis vim pátitur, & à diripiéntibus obtinétur, idonei esse non póssumus,

nisi ómnia quæ vel amó-re, vel curâ, si in itínere hujus séculi nobis adhæ-reant, impédiunt & re-tardant, ante óbitūs nos-tri vésperam præmittám-us, & indè per totam hujus séculi noctem appre-hendere, & tenére Chris-tum sollícitâ spirituálium óperum ac studiórum con-tentiōne luctémur: nec di-vellámur à caritaté Chris-ti, sicut Jacob ab ejus am-plexu, nisi extorqueámus benedictiōnem. Atque úti-nam ad salutáris insigne luctáminis, nervum fé-moris nostri majestatis suæ timóre percútiat; quo ob-stupefcente, infirmábitur virtus carnis, & spiritális grátia convalescet!

R. Pars Dómini pôpu-lus ejus: invénit eum in terra deserta, circumdu-xit, & dócuit, atque por-távit in húmeris suis, \* Et constituit super excelsam terram. V. Confitentes quia peregríni & hóspites sunt super terram, pá-triam meliòrem áppetunt: ídeò parávit illis civitá-tem, \* Et. Glória. \* Et. Deut. 32. Hebr. 11.

*Oratio*, Deus, cujus

3      4. FEBRUARII. In Festo sancti Gilberti.  
múnere. in Communi Ab- Infirma mundi. ¶. Deus  
batum. præcinxit. in Communi  
AD II. VESP. fit Virgin. Oratio , Deus,  
Commem. sancte Agathæ , sanctæ puritatis amátor.  
Virginis & Martyris. Ant. in Proprio.



PROPRIUM SANCTORUM  
ECCLESIÆ ABBATIALIS  
SANCTI SATURNINI.

PARS VERNÆ.

---

DOMINICA III. POST PASCHA.

IN FESTO

SANCTARUM RELIQUIARUM  
IN ECCLESIA SANCTI SATURNINI  
QUIESCENTIUM.

---

SOLEMNE - MAJUS.

IN I. VESPERIS. quasi herba germinábunt ;  
*Psalmi de Sabbato.* & cognoscétur manus

*Ant.* D Eus qui vivi-  
1. a. ficat mórtuos , & cognoscétur manus  
vocat ea quæ non sunt , Dómini servis ejus , alle-  
tanquam ea quæ sunt , lúia. *Iſ.* 66.

*Ant.* 2. D. Revelábit tórum exultábit cívitas ,  
terra sanguinem suum , & & benedictióne eórum  
non opériet ultrà inter- exaltábitur , allelúia.  
fectos suos , allelúia. *Iſ.* *Prov.* 11.

*Ant.* 26. 3. E. Offa vestra non laborábunt frustrà :  
*Pars Verna.* ántequam clament , ego  
audiam ; adhuc illis lo-

A

2 In Feste Sandarum Reliquiarum.

quéntibus, ego exáudiam,  
allelúia. *Is. 65.*

CAPITULUM. *Ezech. 37.*

**H**Æc dicit Dóminus Deus : Ecce ego apériam túmulos vestros, & edúcām vos de sepulcris vestris, & indúcam vos in terram Israël.

R. Justórum ánimæ in manu Dei sunt, & non tanget illos tormentum mortis : coram homínibus tormenta passi sunt : \* Deus tentávit eos, & invénit dignos se, allelúia, allelúia. V. Hi sunt qui venérunt de tribulatióne magna : ídeò sunt ante thronum Dei, amicti stolis albis; & palmæ in manib⁹ eórum : \* Deus tentávit. Gloria Patri. Repet. R. Justórum. usque ad V. *Sap. 3. Apoc. 14.*

H Y M N U S.

**O** Vos unánimes Christiadum chori, Sanctórum túmulos & cineres Patrum, Dulces exúrias, pignora Cœlitum, Lætis dícitie cántibus. Cælo quando piis æqua labóribus Felices ánimæ gáudia possident,

Pœnárum sōciis débita rediditur

Hic laus & decus óffibus.

PASSIM sparsa Deus, polliciti memor, Custos, ne pereant, pignora colligit; Electosque suis prövidus aggerit Aptandos lápides locis. QUIN & Relliquias & túmulos sibi Aras ipse Deus cónserat hóstia; Conjungensque suis se caput ártubus, Hos secum simul imolat.

Vos quorum cíneres suplícibus pia, Tutum præsidium, plebs colit osculis, Si vos nostra movent, subsídium boni

Vestrís fertे clientibus: Ut cùm nostra, novis spléndida dótibus, Surget juncta choris Spirítuum caro, Indivisa Trias sit Deus ómnia Nobis semper in ómnibus. Amen.

V. Orábit ad te omnis Sanctus R. In tempore opportuno. *Pf. 31.*

*In Feste Sanctorum Reliquiarum.*

3

*Ad Magnificat.*

*Ant. 6. F. duplicanda.*

Vivent mortui tui, Israël:  
interfecti mei resurgent.  
Experciscimini, & laudate,  
qui habitatis in  
pulvere, alleluia. *Is. 26.*

*Oratio.*

**A**uge in nobis, Domine,  
resurrectio-  
nis fidem, qui in Sancto-  
rum tuorum Reliquiis  
mirabilia operaris; & fac  
nos immortalis gloriae par-  
ticipes, cujus in eorum  
cineribus pignora vene-  
ramur: Per Dominum  
nostrum Jesum Christum  
Filium tuum, &c.

*Pro Commemoratione  
Dominica sequentis,*

*Ant.* Non corruptibili-  
bus auro vel argento  
redempti estis, sed pre-  
tiioso sanguine quasi Agni  
immaculati Christi & in-  
contaminati, alleluia. *1.*

*Petr. 1.*

¶ Redemptionem mi-  
fit Dominus populo suo:  
¶ Mandavit in aeternum  
testamentum suum. *Ps.*  
*110.*

*Orémus.*

**D**eus, qui in Filii tui  
humilitate jacentem  
mundum erexisti, fideli-

bus tuis perpetuam con-  
cede lætitiam; ut quos  
perpetuae mortis eripiisti  
casibus, gaudiis facias  
sempiternis perfrui: Per  
eumdem Dominum.

[ *Prætermittitur per  
Octav. Commemor. de  
Cruce.* ]

**AD COMPLETOR.**

*Psalmi de Sabbato: ce-  
tera ut infrà post secundas  
Vesperas.*

**AD NOCTURNUM.**

*Invit.* Mirabilem in  
Sanctis suis Dominum, \*  
Venite, adoremus, alle-  
luia. *Ps. 67.*

*Ps. 94. Venite. 2.*

*Hymnus*, O vos uná-  
nimis. ut *suprà*, in *1.*  
*Vesperis.*

*Ant. 4. E. Justi.*

**P**SALMUS 14.  
*Quibus virtutum exer-  
citiis aeterna salus ob-  
tineatur.*

**D**omine, quis habi-  
bit in tabernaculo  
tuo? \* aut quis requiescat  
in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine  
macula, \* & operatur  
justitiam;

Qui loquitur veritatem  
in corde suo; \* qui non egit  
dolum in lingua sua;

*A ij.*

**4** *In Fœsto Sanctarum Reliquiarum.*

Nec fecit proximo suo  
malum , \* & opprobrium  
non accépit adversus pró-  
ximos suos.

Ad nihilum deductus  
est in conspectu ejus ma-  
lignus : \* timentes autem  
Dóminum glorificat.

Qui jurat proximo suo ,  
& non décipit ; \* qui pe-  
cúniam suam non dedit  
ad usúram , & múnera  
super innocentem non  
accépit.

Qui facit hæc , \* non  
movébitur in æternum.

*Ant.* Justi quasi virens  
fólium germinábunt , &  
radix Justórum non com-  
móvébitur , alleluia.  
*Prov.* 11. & 12.

*Ant.* 5. a. Dicit Dó-  
minus.

**P S A L M U S** 32.  
*Oculi Domini super Jus-  
tos , ut eruat à morte  
animas eorum.*

**E**Xultáte , justi , in  
Dómino : \* rectos de-  
cet collaudátio.

Confitémini Dómino  
in cíthara : \* in psaltério  
decem chordárum psál-  
lite illi.

Cantáte ei cánticum  
novum : \* benè psallite ei  
in vociferatiōne.

Quia rectum est ver-  
bum Dómini , \* & ómnia  
ópera ejus in fide.

Díligit misericórdiam  
& judicium : \* misericór-  
diá Dómini plena est ter-  
ra.

Verbo Dómini cœli fir-  
máti sunt ; \* & spíritu  
oris ejus omnis virtus  
eórum.

Cóngregans sicut in  
utre aquas maris ; \* po-  
nens in thesauris aby-  
fos.

Tímeat Dóminum om-  
nis terra ; \* ab eo autem  
commoveantur omnes in-  
habitantes orbem :

Quóniam ipse dixit , &  
facta sunt ; \* ipse mandá-  
vit , & créata sunt.

Dóminus dissipat con-  
silia géntium : \* réprobat  
autem cogitationes popu-  
lórum , & réprobat con-  
silia príncipum.

Consilium autem Dñi  
in æternum manet , \* co-  
gitationes cordis ejus in  
generationem & genera-  
tionem.

Beáta gens , cuius est  
Dóminus Deus ejus ; \*  
póplus quem éligit in  
hæreditátem sibi.

De cœlo respexit Dó-

*In Feste Sanctarum Reliquiarum.*

5

minus : \* vidit omnes filios hominum.

De preparato habitaculo suo \* respexit super omnes qui habitant terram ;

Qui finxit singillatim corda eorum , \* qui intelligit omnia opera eorum.

Non salvatur rex per multam virtutem ; \* & gigas non salvabitur in multitidine virtutis suae.

Fallax equus ad salutem : \* in abundancia auctem virtutis suae non salvabitur.

Ecce oculi Domini super metuentes eum , \* & in eis qui sperant super misericordia ejus ;

Ut eruat a morte animas eorum , \* & alat eos in fame.

Anima nostra sustinet Dominum ; \* quoniam adjutor & protector noster est.

Quia in eo laetabitur cor nostrum , \* & in nomine sancto ejus speravimus.

Fiat misericordia tua , Domine , super nos , \* quemadmodum speravimus in te.

*Ant.* Dicit Dominus ossibus his : Ecce ego intromittam in vos spiritum , & vivetis , alleluia . Ezech. 37.

*Ant.* 6. F. De manus mortis.

*PSALMUS.* 83.  
*Aeternia Dei tabernacula unicum animae fidelis desiderium.*

*Q*uam dilecta tabernacula tua , Domine virtutum ! \* concupiscit & deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum & caro mea \* exultaverunt in Deum vivum.

Etenim passer invenerit sibi domum , \* & turtur nidum sibi , ubi ponat pullos suos.

Altaria tua , Domine virtutum , \* Rex meus & Deus meus !

Beati qui habitant in domo tua , Domine ! \* in secula seculorum laudabunt te.

Beatus vir cuius est auxilium abs te : \* ascensiones in corde suo disposuit , in valle lacrymarum , in loco quem posuit.

Etenim benedictionem A iii.

**6** *In Feste Sanctorum Reliquiarum*

dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem: \* videtur Deus deorum in Sion.

Domine Deus virtutum, exaudi orationem meam: \* auribus percipe, Deus Jacob.

Protector noster, aifice, Deus, \* & respice in faciem Christi tui;

Quia melior est dies una in atris tuis \* super millia.

Elagi abjectus esse in domo Dei mei, \* magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam & veritatem diligit Deus: \* gratiam & gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos qui ambulant in innocencia: \* Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te.

*Ant.* De manu mortis liberabo eos; de morte redimam eos, allel. *Osee 13.*

*V.* Cognoscentur in tenebris mirabilia tua, Domine; *R.* Et iustitia tua in terra obliuionis. *Ps. 87.*

De libro Sapientiae:

*Lectio. i.* Cap. 3.

**J**ustorum animae in manu Dei sunt, & non

tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori; & estimata est afflictio exitus illorum, & quod a nobis est iter, exterminium: illi autem sunt in pace. Etsi coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati, in multis bene disponentur; quoniam Deus tentavit eos, & invenerit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace probavit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum.

*R.* Leva in circuitu oculos tuos, & vide, alleluia: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi, alleluia: \* Et vocabunt te Civitatem Domini, alleluia, alleluia. *V.* Servient ei die ac nocte in templo ejus; & qui sedet in throno, habitabit super illos: \* Et vocabunt Is. 60. Apoc. 7.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

*Lectio. ii.* Cap. 10.

**I**n illo tempore; Dixit Jesus Discipulis suis.

Qui vos audit, me audit; & qui vos spernit, me spernit. Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi Presbyteri.

*Ex Lib. adv. Vigilant.*

**H**onoramus Reliquias Mártyrum, ut eum, cujus sunt Mártyres, adorémus. Honoramus servos, ut honor servorum redundet ad Dóminum, qui ait: Qui vos récipit, me récipit. Si non sunt honorandæ Reliquiæ Mártyrum, quómodo légimus: Pretiosa in conspectu Dómini mors Sanc-tórum ejus? Ergone Petri & Pauli immundæ sunt Reliquiæ? Ergone Móysi corpus immundum erit, quod juxta Hebráicam veritatem, ab ipso sepul-tum est Dómino? Et quotiescumque Apostolorum & Prophetarum, aut Mártyrum Basilicas ingrediémur, tóties idolórum templa venerábimur? Ergone & Dómini corpus in sepulcro immundum fuisse dicitur, & Angeli, qui cándidis véstibus ute-bantur, mórtuo cadáveri atque pollúto præbuérunt excubias?

R. Hæc dicit Dóminus: Qui tenúerint fœdus meum, dabo eis in domo mea & in muris meis locum à filiis & filiabus; \* Nomen sempiternum dabo eis quod non peribit, alleluia, alleluia. V. Quia oculi Dómini super Jus-tos, & aures ejus in pre-ces eórum; \* Nomen. *I. 56. 1. Petr. 3.*

*De Dominica:*  
Léctio sancti Evangélii se-cundùm Joannem.

*Léctio iij. Cap. 16.*  
**I**n illo tempore; Dixit Jesus Discipulis suis Módicum, & jam non vidébitis me: & iterum módicum, & vidébitis me; quia vado ad Patrem. Et reliqua. Homilia sancti Augustini Episcopi.

*In Joan. Tract. 101. n. 6.*

**M**ódicum est hoc to-tum spátium quo præfens pérvolat séculum. Unde dicit idem ipse E-vangelista in Epistola sua: Novissima hora est. Illis ergo ait, Módicum, & jam non vidébitis me, qui eum corporáliter tunc vi-débant, quia iturus erat ad Patrem, & eum dein-

ceps mortalem visuri non fidèles. \* Clamábimus.  
erant, qualem, cùm ista  
loqueréatur, vidébant.  
Quod verò áddidit, Et  
íterum módicum, & vi-  
débitis me, universæ pro-  
mísit Ecclesiæ; sicut uni-  
versæ promísit, Ecce ego  
vobiscum sum usque in  
consummatiōnem séculi.  
Non tardat Dóminus pro-  
missum: módicum, &  
vidébimus eum, ubi jam  
nil rogémus, nil interrogémus; quia nil  
desiderandum remané-  
bit, nil querendum latébit. Hoc módicum no-  
bis longum vidétur, quóniam  
adhuc ágitur: cùm  
finítum fuerit, tunc sen-  
tiémus quām módicum  
fuerit.

R. Si irruérint super  
nos mala, gládios, pesti-  
lēntia & fames, stábimus  
coram domo hac in con-  
spectu tuo, in qua invo-  
cátum est nomen tuum: \*  
Clamábimus ad te in tri-  
bulatiōnibus nostris, &  
exáudies, alleluia, alle-  
luia. V. Ecce tabernácu-  
lum Dei cum homini-  
bus: Dóminus dominó-  
rum est; & qui cum illo  
sunt, vocáti, electi, &

fidéles. \* Clamábimus.  
Glória Patri. Repetitur R.  
Si irruérint usque ad V.  
[ Per Octav. post Glória  
Patri. dicitur tantum Re-  
clamatio, \* Clamábimus,  
&c.] 2. Paral. 20. Apoc.  
12. & 17.

## Te Deum.

V. Sacerd. Dóminus  
non derelinquet Sanctos  
suos: R. In aëternum con-  
servabuntur. Ps. 26.

A D L A U D E S.  
Psalmi de Dominica.  
Ant. M Embra vestra  
1. g. templum sunt  
Spiritiū sancti, qui in  
vobis est, alleluia. 1.  
Cor. 6.

Ant. 2. D. Ecce ego  
apériam túmulos vestros,  
& edúcam vos de sepul-  
cris vestris, alleluia  
Ezech. 37.

Ant. 3. a. Congregábo  
vos, & dedúcam in lo-  
cum quem elégi ut hábitet  
nomen meum ibi, alle-  
luia. 2. Esdr. 1.

Ant. 4. d. Sedébunt in  
pulchritúdine.

CANTICUM. Sap. 10.  
Sapiētia Iustos ducit  
& remunerat.

R Eddidit Iustis Sapién-  
tia mercédem labó-

*In Feste Sanctorum Reliquiarum.*

9

rum suorum , \* & deduxit illos in via mirabili.

Et fuit illis in velamento diei , \* & in luce stelliarum per noctem.

Transstulit illos per mare rubrum , \* & transvexit illos per aquam nimiam.

Inimicos autem illorum demersit in mare ; \* & ab altitudine inferorum eduxit illos.

Ideo Justi tulerunt spolia impiorum ; \* & decantaverunt , Domine , nomen sanctum tuum , & victoricem manum tuam laudaverunt pariter :

Quoniam Sapientia aperte os mutorum , \* & linguas infantium fecit disertas.

[ *Dicitur per Octavam , quando fit de ea.* ]

*Ant.* Sedebunt in pulchritudine pacis , & in tabernaculis fiduciae , & in requie opulenta , alleluia . *Is. 32.*

*Ant.* 5. F. Omnes qui viderint eos , cognoscent illos ; quia isti sunt semen cui benedixit Dominus , alleluia . *Is. 61.*

CAPITULUM. *Hebr. 12.*

**N**Os tantam habentes

téstium , deponentes omnem pondus & circumstans nos peccatum , per patiētiam currámus ad propósitum nobis certámen , aspicientes in autórem fidei & consummatórem Jesum.

H Y M N U S.

**A** DESTE , Sancti ; plúrimo

Dum thure , vestra dum piis

Coluntur ossa ritibus ,  
Votis favéte supplicum.

**N**ON illa , quamquam tristibus

Imum redacta in púlverem

Dudem sepulcris squaleant ,

Divina virtus déserit.

**S**ED sancta præsenti fo-  
vet

Impletque templa Númine ,

Sed & futuræ Spíritus  
Post secla servat gloriæ.

**H**INC ille qui nostris latet  
Cinis sub aris conditus ,  
Ægris medetur efficax ,  
Torquet fugatque dæmones.

**¶** **Q**UI das resurgendi  
fidem ,  
Sit summa , Christe ,  
laus tibi ,

10      *In Feste Sanctorum Reliquiarum.*

Cum Patre & almo Spí-  
ritu , ad matutinum lætitia.  
In seculorum sécula.

Amen.

v. Confitébitur tibi  
pulvis ; R. Annuntiabit  
veritatem tuam. Ps. 29.

*Ad Benedictus.*

Ant. 6. F. duplicita.  
Offa eorum púllulent de  
loco suo : nam corroboro-  
ravérunt Jacob , & rede-  
mérunt se in fide virtu-  
tis , alleluia. Eccli. 49.

*Oratio.*

**A**uge in nobis , Dó-  
mine , resurrectionis  
fidem , qui in Sanctorum  
tuorum Reliquiis mirá-  
lia operaris ; & fac nos  
immortalis gloriæ parti-  
cipes , cuius in eorum  
cinéribus pignora venerá-  
mur : Per Dóminum nos-  
trum.

*Pro Commemoratione  
Dominice ,*

Ant. Amen , amen di-  
co vobis quia plorábitis  
& flébitis vos ; mundus  
autem gaudébit : vos au-  
tem contristabimini , sed  
tristitia vestra vertétur in  
gáudium , alleluia. Joan.  
16.

v. Ad vésperum de-  
morábitur fletus , R. Et

Ps. 29.

Orémus.

**D**eus , qui in Filii tui  
humilitate jacentem  
mundum erexisti , fidélibus  
tuis perpétuam con-  
céde lætitiam ; ut quos  
perpétuæ mortis eripuisti  
casibus , gáudiis fáciás  
sempiternis pérfrui : Per  
eundem Dóminum.

*AD HORAS omissâ  
Strophe Da Christe , &c.  
in fine Hymnorum dicitur  
Doxologia , ¶ Qui das  
resurgendi fidem . ut su-  
prà ad Laudes. Psalmi de  
Dominica.*

*AD PRIMAM.*

Ant. 1. g. Membra ves-  
tra.

*Non dicitur Symbolum ,  
Quicumque.*

*In R. br. v. Qui es  
resurrectio \* & vita. Joan.  
11.*

*C A N O N .*

Ex Concilio Moguntino.

Anno 1549. C. 43.

**R**eliquias Sanctorum ,  
velut divinæ gratiæ  
olim receptacula , & ve-  
rissima Christi membra ,  
& pura Spíritus sancti do-  
micilia , monémus in Ec-  
clésiis , vel ob id pro-

*In Feste Sanctarum Reliquiarum.*

11

ponendas & religiosâ pietate venerandas, ut per eas Fidèles commóniti, discant virtutem & fidem Sanctorum imitari. Tu autem, Dñe, miserere nostri. R. Deo grátias.

**AD TERTIAM.**

*Ant. 2. D. Ecce ego.*

**CAPITULUM. Rom. 8.**

**Q**ui suscitavit Jesum Christum à mortuis, vivificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem Spíritum ejus in vobis.

R. br. Mortuis \* fácies mirabilia, \* Alleluia, alleluia. Mortuis. V. Et confitebuntur \* tibi, \* Alleluia. Glória Patri. Mortuis. Ps. 87.

V. Sanctis qui sunt in terra ejus, R. Mirificávi omnes voluntátes meas in eis. Ps. 15.

**AD SEXTAM.**

*Ant. 3. a. Congregábo vos.*

**CAPITULUM. Philipp. 3.**

**E**xpectámus Dóminum nostrum Jesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostrae, configuratum corpori claritatis suæ.

R. br. Vox exultatiō-

nis \* & salutis, \* Alleluia, alleluia. Vox. V. In tabernaculis \* Justorum, \* Alleluia. Glória Patri. Vox. Ps. 117.

V. Oculi Dómini super Justos, R. Et aures ejus ad preces eorum. Ps. 33.

**AD NONAM.**

*Ant. 5. F. Omnes.*

**CAPITULUM. Judith 6.**

**D**omine Deus cœli & terræ, respice ad nostram humilitatem, & faciem Sanctorum attende, & ostende quóniam non derelinquis præfumentes de te.

R. br. Narravérunt in sepulcro \* misericordiam tuam, \* Alleluia, alleluia. Narravérunt. V. Et veritatem tuam \* in perditione, \* Alleluia. Glória. Narravérunt. Ps. 87.

V. Non discédimus à te, vivificabis nos; R. Et nomen tuum invocabimus. Ps. 79.

**AD II. VESPERAS.**

*Ant. 3. a. Statuisti.*

**PSALMUS 109.**  
*Christi divinitas, regnum, & sacerdotium.*

**D**ixit Dóminus Dómino meo: \* Sede à dextris meis;

A vi

12 In Feste Sanctorum Reliquiarum.

Donec ponam inimicos tuos, \* scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion : \* dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuae in splendoribus sanctorum : \* ex utero ante luciferum genui te.

Juravit Dominus, & non poenitebit eum : \* Tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.

Dominus a dextris tuis : \* confrigit in die irae suae reges.

Judicabit in nationibus ; implabit ruinas : \* conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet : \* propterea exaltabit caput.

*Ant.* Stauisti ut trans fermentur ossa Patrum nostrorum de loco suo ; & fecisti in nobis, Domine, secundum bonitatem tuam , alleluia. *Baruch* 2.

*Ant. 4. E. Dormierunt.*

PSALMUS 121.

Superna Jerusalem perpetua pax & felicitas celebrantur.

**L**Ætatus sum in his quæ dicta sunt mihi : \* In domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri \* in atriis tuis , Jerusalem.

Jerusalem quæ ædificatur ut civitas , \* cuius participatio ejus in idipsum.

Illuc enim ascendérunt tribus , tribus Domini ; \* testimonium Israël , ad confitendum nōmini Domini.

Quia illic sedérunt sedes in judicio , \* sedes super domum David.

Rogate quæ ad pacem sunt Jerusalem , \* & abundântia diligētibus te.

Fiat pax in virtute tua , \* & abundântia in turribus tuis.

Propter fratres meos & próximos meos , \* loquébar pacem de te.

Propter domum Domini Dei nostri , \* quæsivi bona tibi.

*Ant.* Dormierunt in terræ pulvere : evigilabunt

*In Feso Sandarum Reliquiarum.*

13

bunt in vitam æternam, & fulgēbunt quasi splendor firmamenti, alleluia.

*Dox. 12.*

*Ant. 5. a. Dóminus.*

**PSALMUS 125.**

*Sancti, post hujus vita labores, aeterno in cœlis præmio donantur.*

**I**N convertendo Dóminus captivitatem Sion, facti sumus sicut consolati.

Tunc repléatum est gáudio os nostrum, \* & lingua nostra exultatione.

Tunc dicent inter gentes: \* Magnificavit Dóminus facere cum eis.

Magnificavit Dóminus facere nobiscum: \* facti sumus lætantes.

Converte, Dómine, captivitatem nostram, \* sicut torrens in austro.

Qui séminant in lácrys, \* in exultatione metent.

Euntes ibant & fabant, \* mittentes sémina sua.

Venientes autem vénient cum exultatione, \* portantes manípulos suos.

*Ant. Dóminus non derelinquet Sanertos suos: in aeternum conservabun-*

tur, alleluia. *Pf. 26.*

*Ant. 6. F. In justitia tua.*

**PSALMUS 145.**

*Laudandus Deus, qui facit judicium injuriam patientibus.*

**L**AUDA, áima mea, Dóminum: \* laudabo Dóminum in vita mea; psallam Deo meo quādiū füero.

Nolite confidere in principib; \* in filiis hóminum, in quibus non est salus.

Exibit spíritus ejus, & revertétur in terram suam: \* in illa die peribunt omnes cogitationes eórum.

Beatus cujus Deus Jacob adjútor ejus, spes ejus in Dómino Deo ipsius, \* qui fecit cœlum & terram, mare, & ómnia quæ in eis sunt;

Qui custódit veritatem in séculum, facit judicium injuriam patientibus, \* dat escam esuriéntibus.

Dóminus solvit compeditos: \* Dóminus iluminat cæcos.

Dóminus érigit elíos: \* Dóminus díligit justos.

Dóminus custódit ad-

B

14      *In Festo Sanctarum Reliquiarum.*

venas : pupillum & ví-  
duam suscipiet ; \* & vias  
peccatórum disperdet.

& liquefáciet ea : \* flabit  
spíritus ejus , & fluent  
aquaे.

Regnabit Dóminus in  
sécula : \* Deus tuus ,  
Sion , in generatióne &  
generatióne.

Qui annúntiat verbum  
suum Jacob , \* justítias &  
judicia sua Israël ;

*Ant.* In justitia tua exal-  
tabuntur , quóniam gló-  
ria virtutis eórum tu es ,  
allelúaia. *Ps.* 88.

Non fecit táliter omni  
natióni , \* & judicia sua  
non manifestávit eis.

*Ant.* 7. a. Æquáles  
Angelis sunt.

Æquáles Angelis  
sunt ; & filii sunt Dei ,  
cùm sint filii resurrectio-  
nis , allelúaia. *Luc.* 20.

**P S A L M U S 147.**

*Laudandus Deus ob-  
sua in populum suum be-  
neficia.*

**L**AUDA , Jerúsalem ,  
Dóminum : \* lauda  
Deum tuum , Sion ;

**C A P I T U L U M . *Is.* 62.**

**T**ERRA tua non vocábi-  
tur desoláta , quia  
complácuit Dómino in  
te. Super muros tuos  
constitui custódes : totâ  
die & totâ nocte in per-  
pétrum non tacébunt.

Quóniam confortávit  
feras portárum tuárum , \*  
benedixit filiis tuis in te ;

Allelúaia , allelúaia. *v.*  
Clamavérunt Justi , &  
Dóminus exaudívit eos :  
custódit ómnia ossa eó-  
rum ; unum ex his non con-  
terétur. Allelúaia. *Ps.* 33.

Qui pósuit fines tuos  
pacem , \* & ádipe fru-  
menti sátiat te ;

**H Y M N U S .**

Qui emittit elóquium  
suum terræ , \* velóciter  
currit sermo ejus ;

**O**VOS unánimes Chri-  
stiadum chori ,  
Sanctórum túmulos &  
cíneres Patrum ,

Qui dat nivem sicut  
lanam , \* nébulam sicut  
cínerem spargit ;

Dulces exúvias , pigno-  
ra Cœlitum ,  
Lætis dícite cántibus.

Mittit crystallum suam  
sicut buccellas : \* ante  
fáciem frigoris ejus quis  
sustinébit ?

**C E L O** quando piis æqua  
labóribus

Emittet verbum suum ,

*In Festo Sanctorum Reliquiarum.* 15

Felices animæ gaudia  
possident,  
Pœnarum sociis debita  
redditur.

Hic laus & decus offici-  
bus.

PASSIM sparsa Deus, pol-  
liciti memor,  
Custos, ne pereant,  
pignora colligit;  
Electosque suis prouidus  
aggerit.

Aptandos lapides locis.  
QUIN & Relliquias & tú-  
mulos sibi

Aras ipse Deus conse-  
rat hostia;  
Conjungensque suis se  
caput artubus,  
Hos secum simul im-  
molat.

Vos quorum cineres sup-  
plibus pia,  
Tutum praesidium,  
plebs colit osculis,  
Si vos nostra movent,  
subsidiū boni

Vestrīs ferte clientibus:  
Ut cum nostra, novis  
splendida dōtibus,  
Surget juncta choris  
Spirituum caro,  
Indivisa Trias sit Deus  
omnia

Nobis semper in omnibus.

Amen.

v. Cantate Dōmino  
canticum novum : ps.  
Laus ejus in Ecclēsia  
Sanctorum. Ps. 149.

*Ad Magnificat.*

*Ant. 1. J. duplicanda.*

Illi viri misericordiae sunt,  
quorum pietates non de-  
fuerunt : corpora ipsorum  
in pace sepulta sunt ; &  
nomen eorum vivit in ge-  
nerationem & generatio-  
nem, alleluia. Eccli. 44.

*Oratio.*

**A**uge in nobis, Dō-  
mine, resurrectionis  
fidem, qui in Sanc-  
torum tuorum Reliquiis  
mirabilia operaris ; & fac  
nos immortalis gloriæ  
participes, cuius in eō-  
rum cineribus pignora ve-  
neramur : Per Dōminum  
nostrum.

*Pro Commemoratione  
Dominica,*

*Ant.* Nunc quidem  
tristitiam habetis : iterum  
autem vidēbo vos, &  
gaudēbit cor vestrum ; &  
gādium vestrum nemo  
tollet à vobis, alleluia.  
*Joan. 16.*

v. Lætati sumus pro  
diébus quibus nos humiliasti, ps.  
Annis quibus  
vidimus mala. Ps. 89.

B ij

16 Diebus intrà Octavam Sanctorum Reliquiarum.

Orémus.

**D**eus, qui in Filii tui humilitate jacentem mundum erexisti, fidibus tuis perpétuam concéde lætitiam; ut quos perpétuæ mortis eripuisti cásibus, gáudiis fárias sempiternis pérfrui: Per eumdem Dóminum.

AD COMPLETOR.

*Psalmi de Dominica.*

*Ant. 4. d.* Custódit Dóminus áimas Sanc-tórum suórum: de manu peccatóris liberabit eos, allelúia. *Ps. 96.*

*Hymnus de Tempore Paschali, Jesu, redemp-tor séculi. cum sua Doxo-logia.*

*Ad Nunc dimittis.*

*Ant. 5. F.* Inebriabun-tur ab ubertate domús tuæ, Dómine; & tor-rente voluptatis tuæ potábis eos, allelúia. *Ps. 35.*

¶ Si quod occurrat intrà hanc Octavam Festum Semiduplex, de eo fit à Capitulo primarum Ves-perarum ad Capitulum se-cundarum Vesperarum ex-clusivè. De Simplici fit tantum Commemoratio. De ceteris fit Officium in-

tegrum, cum Commemora-tione Octava in utrisque Vesperis & Laudibus.]

**DIEBUS**

**INTRA OCTAVAM**

Sanctorum Reliquiarum.

*Semiduplex.*

*Omnia ( dempto ritu solemni ) ut in die, excep-tis qua sequuntur.*

AD NOCTURNUM.

*Tres ultimi Psalmi Fe-ria, sub una ex tribus An-tiph. Festi: Feriâ scilicet II. & V. sub prima; Fe-riâ III. & VI. sub secun-da; Feriâ IV. & Sab-bato sub tertia.*

¶. & ¶. ex Noctur-no Festi, dempto ritu so-lemni in ultimo ¶.

*Lectio j. ( Feriâ secun-dâ exceptâ ) de Scriptura occurrente, tribus in unam junctis.*

*Lectio ij. & iij. ut in-frà in qualibet Feria. Omittitur tamen Lectio tertia de Octava, si occur-rat Commemoratio facien-da de Simplici per tertiam Lectionem.*

**AD LAUDES.**

*Psalmi de Feria, cum Cantico de Festo, sub sola Antiph. sequenti.*

*Ant. 4. d.* Sedébunt

**Diebus intrà Octavam Sanctorum Reliquiarum.** 17  
in pulchritudine pacis , &  
in tabernaculis fiduciæ ,  
& in réquie opulenta ,  
allelúia. *Is. 32.*

*Non duplicatur Ant. ad*  
*Benedictus. nec fit Commemoratio de Cruce.*

**A D H O R A S .**

*Psalmi de Feria. Re-*  
*liqua omnia ut in die ,*  
*præter Canonem ad Pri-*  
*mmam , qui dicitur de Feria*  
*occurrente.*

**A D V E S P E R A S .**

*Psalmi de Feria , sub*  
*sola Antiphona sequen-*  
*ti.*

*Ant. 3. a Statuisti ut*  
*trasferrentur ossa Patrum*  
*nostrorum de loco suo ;*  
*& fecisti in nobis , Dómi-*  
*ne , secundum bonitatem*  
*tuam , allelúia. Baruch*  
*2.*

*Prætermittitur Ps. Al-*  
*leluiaticus. Non duplica-*  
*tur Ant. ad Magnificat.*  
*nec fit Commemoratio de*  
*Cruce.*

**A D C O M P L E T O R .**  
*Psalmi de Feria : cetera*  
*ut in die.*

**FERIA SECUNDA**  
**INTRA OCTAVAM.**

*Ad Noct. Lectio j.*  
*Incipit liber Júdicum. è*  
*Dominica præcedenti.*

Sermo sancti Joannis  
Chrysostomi.

*Homil. 42. ad popul. An-*  
*tioch. de S. Ignat. Mart.*

*Lectio ij.*

**S**anctorum non modò  
córpora , sed ipsi ló-  
culi & monumenta spiri-  
tuálí gratiá conferta sunt.  
Nam si in Eliséo id conti-  
git , ut defunctus sepul-  
crum ejus attingens , mor-  
tis vincula dissolverit , &  
ad vitam rursùm redierit ;  
multò magis id fiet hoc  
témpore , quo grátia fluit  
uberior , quo Spíritus  
major est vis ; ut , si quis  
arcam contingat , mag-  
nam inde virtutem háu-  
riat. Et eam ob causam ,  
Reliquias Sanctorum no-  
bis concessit Deus , ut  
nos ad se eórum imitatió-  
ne perdúcat ; & fint nobis  
velut portus quidam , &  
idóneum solátiū eórum  
malórum quae ásiduè nos  
affligunt. Quamobrem  
vos omnes cohortor , fra-  
tres , si quis vestrū  
ægritudine ánimi , vel  
corporis morbo , vel quâ-  
vis aliâ calamitatē pré-  
mitur , ut cum fide hue  
accédat ; & ab aliis ómni-  
bus liberatus , magnâ cum

B iii

18 Diebus intrà Octavam Sanctorum Reliquiarum.  
lætitiâ revertétur , & af-  
pectu solo consciéntiam  
leviórem & tranquillio-  
rem reportábit.

*Lectio iij.*

**Q**uin étiā expedit ,  
ut non solum ii qui  
ærumnis & moléstiis affec-  
ti sunt , huc sese cónfe-  
rant , sed illi étiā qui  
& ánnimi quiéte , & gló-  
riâ , & poténtiâ , magnâ  
apud Deum fiduciâ per-  
fruuntur. Huc enim ac-  
cedentes , bona hæc effi-  
cient firmiora & stabilió-  
ra ; & memoriâ virtútum  
& rectè factórum , ánimos  
suos reddent moderatió-  
res , nec consciéntias suis  
bonis opéribus efferri at-  
que intumescere patien-  
tur. Utilis ígitur cunctis  
hic thesaurus est , & re-  
fúgium salutare ; tam illis  
qui rebus duris atque  
ásperis , & peccátis con-  
flictantur , ut ab illis libe-  
rentur ; quàm illis qui  
prósperè ac feliciter de-  
gunt , ut diu fruantur bo-  
nis : illis qui morbis labó-  
rant , ut bonam valetú-  
dinem consequantur : illis  
qui cōmodâ gaudent  
valetudine , ne in morbum  
aliquem incurant. Quæ

ómnia considerantes  
cum omni gáudio atqué  
lætitia sacrum hunc lo-  
cum frequentémus ; ut  
contubérnii mensæque  
cœlestis partícipes cum  
Sanctis fieri valeámus ,  
précibus ipsórum Sanctórum , & benignitaté  
Dómini nostri Jesu Chris-  
ti , cum quo Patri glória ,  
sanctóque Spirítui , nunc  
& semper , & in sécula  
seculórum. Amen. Tu  
autem.

**FERIA TERTIA**

**INTRA OCTAVAM.**

Sermo sancti Joannis  
Chrysóstomi.

*Lib. contra Gentiles.*

**D**eus , quâ est in hu-  
mánū genus be-  
nignitatē , inter álias ,  
quas infinitas salútis nostræ  
occasiónes dedit , &  
hanc quoque viam nobis  
à se munitam esse voluit ,  
idóneum ad virtutem ca-  
pessendam stimulum , re-  
lictis scilicet apud nos  
Sanctórum Reliquiis.  
Nam , post sermónis fa-  
cultatē , ipsa certè  
Sanctórum sepulcra pró-  
ximum locum obtinent  
ad ánnas hominum in  
ipso Santos intuētum .

*Diebus intrà Octavam Sanctorum Reliquiarum.* 19  
ad virtutum earumdem possunt. Proinde magnâ fide promptitudineque huc veniamus: quod, vissis Sanctorum monumentis, & consideratis eorum præmiis, inde vários thesauros undequaque colligamus; & per præsentem vitam ita, juxtâ voluntatem Dei, transeamus, ut in portum æternitatis cum multis mérribus ingrediámur, & regno cœlorum perfruámur. Tu autem, Dómine, &c.

#### FÉRIA QUARTA

*INTRA OCTAVAM.*

Sermo sancti Ambrósii

Episcopi.

*Serm. 55. in Nat. SS.  
Mart. Naz. & Cels. in  
Append. n. 2.*

*Lectione ij.*

**I**llos non indignum fuérit & columnas, & turres simul appellare. Nam Ecclésiam sicut columnæ sustinent, sicut turres muniunt. Idcirco saepè eos invisámus, tumulos osculémur, magnâque fide Reliquias eorum contingámus, ut inde benedictiōnem aliquam assequámur. Etenim quæque voluerint, apud Regem cœlorum impetrare

**A**gnoscámus, caríssimi, circa Ecclésiam nostram uberiorem divinorum múnierum benignitatem. Exultant felices singulárum urbium populi, si unius saltem Mártyris Reliquiis muniantur: ecce nos pópulos Mártyrum possidémus. Gáudeat terra nostra nutrix cœlestium militum, & tantarum parens fœcun-

**20** *Diebus intrà Octavam Sanctorum Reliquiarum.*

da virtutum. Recte itaque & ex debito à filiis parentis Ecclesiæ horum beatorum Mártirum celebrantur insignia ; qui illuminantes virtute fidei suæ innumerabiles populos , soli quidem illatam sibi sensere mortem , sed non soli mortis suæ beneficia possedérunt. Immenfa enim Dei nostri pietas , multiplex ad bonitatem & artifex ad salutem , in paucorum , triumphis plurimorum , cōmodis prōspicit. Illorum siquidem mérita , nostra vult esse suffrágia : simulque dūm nobis fidem veram martyrii agone commendat , afflictionem præcedentium , instructiōnem efficit posterorum.

*Lectio iij. nn. 10. & 11.*

**H**onorémus beatos Mátyres , príncipes fidei , intercessores mundi , præcónes regni , cohærēdes Dei. Quod si dicas mihi : Quid honoras in carne resoluta atque consumpta , de qua nulla jam Deo cura est ? Et ubi est illud , carissimi , quod ipsa Véritas loquitur per Prophétam :

Pretiosa in conspectu Dómini , mors Sanctorum ejus ? Et iterum : Mihi autem valde honorificati sunt amici tui , Deus ? Honorare débemus servos Dei ; quantò magis amicos Dei , de quibus alio loco dicitur : Dóminus eustodit ómnia ossa eorum , & unum ex his non conteretur ? Honoro ergo in carne Mátyris exceptas pro Christi nōmine cicatrices : honoro per confessiōnem Dómini sacratos cineres : honoro in cineribus sémina æternitatis : honoro corpus quod mihi Dóminum meum ostendit diligere , quod me propter Dóminum mortem dōcuit non timere. Cur autem non honorent corpus illud Fidéles , quod reverentur & dæmones ? Honoro itaque corpus quod Christus honoravit in gladio , quod cum Christo regnabit in cœlo.

**FERIA QUINTA**  
**INTRA OCTAVAM.**  
Sermo sancti Cyrilli Jerosolymitani Episcopi.  
*Catech. 18. n. 8. Lectio ij.*  
**U**T non solum anima Sanctorum honore-

tur, credaturque quòd étiam in corpóribus inest virtus seu poténtia, jacens in sepulcro Eliséi mórtuus, mortuumque corpus Prophétæ attin-gens, vivificátus est: atque ita corpus Prophétæ pérficit opus ánimæ, & mórtuum jacensque vi-tam præbuit defuncto, exhibensque áltéri vitam, ipsum nihilominus mórtuum permanit; ut de-monstrétur quòd, absente étiam ánimâ, inest virtus quædam ejúsmodi corpó-ribus Sanctorum, propter tot annórum inhabitátas in illis áimas justas, quorum ministério usæ sunt. Neque verò diffidamus, ut rerum ignári, fieri istud. Si enim sudária & semićinctia extrà cor-pus existéntia, contacta ab ægrótis, liberábant illos ab infirmitáte, quanto magis corpus ipsum Prophé-tæ mórtuum excitávit?

Sermo sancti Augustíni  
Episcopi.

*Serm. 275. alias 9. inter  
editos à Paris. n. 3.*

*Lectione ij.*

**Q**uid agit Deus mira ópera faciendo circà

Sanctorum cōpora De-functorum, nisi testimónium pérhibet sibi non perire quòd móritur; & ut hinc intelligátur in quali honore secum há-beat áimas occisorum, quando caro exánimis tanto effectu divinitatis ornátur? Sicut enim de membris Ecclésiae loquens Apóstolus, similitúdi-nem adhibuit de membris cōporis nostri, quóniam quæ inhonesta sunt nos-tra, his abundantiorēm honorem circumponimus: ita providéntia Creatóris, cadavéribus Mártyr-um tam præclara miracu-lorum testimónia præstando, abundantiorēm honorem exsanguibus Reliquiis hóminum circumponit; & quod vitâ emigrante tanquam deformē jam rémanet, ibi evidéntiūs præsens vitæ dator apparet.

## FERIA SEXTA

### INTRA OCTAVAM.

Ex libro sancti Augustíni  
Episcopi, contrà Faus-tum Manichæum.

*Lib. 20. Cap. 21. Lectione ij.*

**P**Opulus Christiánus  
Memórias Mártyrum

**22** *Diebus intrà Octavam Sanctorum Reliquiarum.*  
religiósâ solemnitáte con-  
célébrat, & ad excitan-  
dam imitationem, & ut  
méritis eórum confocié-  
tur, atque orationibus  
adjuvétur: ità tamen ut  
nulli Mártyrum, sed ipsi  
Deo Mártyrum, quam-  
vis in Memóriis Márty-  
rum, constituámus altá-  
ria. Quis enim Antistitum  
in locis sanctórum cörpo-  
rum assistens altári, ali-  
quando dixit: Offérimus  
tibi, Petre, aut Paule,  
aut Cypriáne? Sed quod  
offertur, offertur Deo,  
qui Mártyres coronávit,  
apud Memórias eórum  
quos coronávit; ut ex ip-  
sorum locórum admoni-  
tíone, major affectus  
exurgat ad acuendam ca-  
ritátem, & in illos quos  
imitári pôssimus, & in  
illum quo adjuvante pôf-  
sumus.

*Lectio iii.*

**C**olimus ergo Márty-  
res eo cultu dilecti-  
onis & societatis, quo &  
in hac vita coluntur sancti  
hómines Dei, quorum  
cor ad talem pro Evan-  
géllica veritáte passióne  
parátum esse sentimus.  
Sed illos tantò devótius,

quantò secúriùs post cer-  
támina superáta; quantò  
étiam fidentiore laude  
prædicámus, jam in vita  
feliciore victóres, quām  
in ista adhuc usque pug-  
nantes. At illo cultu, quā  
græcè latrìa dicitur, cùm  
sit quædam propriè Di-  
vinitati débita férvitus,  
nec cólimus, nec colen-  
dum docémus, nisi solum  
Deum. Cum autem ad  
hunc cultum pertineat  
oblátio sacrificii, unde  
idololatria dicitur eórum,  
qui hoc étiam idolis ex-  
hibent; nullo modo tale  
áliquid offérimus, aut of-  
ferendum præcipimus,  
vel cuíquam Mártyri,  
vel cuíquam sanctæ áni-  
mæ, vel cuíquam Ange-  
lo: & quisquis in hunc er-  
rórem delábitur, corrípi-  
tur per sanam doctrinam,  
sive ut corrigátur, sive  
ut caveátur.

SABBATO  
INTRA OCTAVAM.  
Sermo sancti Máximi  
Episcopi.

*De SS. Octav. Adv.  
& Sol.*

*Lectio ii.*

**C**uncti Mártyres de-  
votissimè recolendi

*Tranflat. vel Elevat. Sanctarum Reliquiarum.* 23

sunt ; sed speciáliter iive-  
nerandi sunt à nobis ,  
quorum Relíquias possi-  
démus : illi enim nos ora-  
tionibus ádjuvant ; isti  
étiam ádjuvant passióne.  
Cum his autem nobis fa-  
miliáritas est : semper  
enim nobiscum sunt , no-  
biscum morantur , hoc  
est , & in corpore nos  
viventes custodiunt , &  
de corpore recedentes  
excipiunt : hic , ne pec-  
catórum nos labes assú-  
mat ; ibi , ne inferni hor-  
ror invádat. Nam ídeo  
hoc à Majóribus provi-  
sum est , ut Sanctórum  
óssibus nostra cónpora so-  
ciémus ; ut , dùm illos  
Christus illúminat , à no-  
bis tenebrárum caligo  
diffúgiat. Cum sanctis er-  
go Martyribus quiescen-  
tes , evádimus ínferi té-  
nebras , eórum pròpriis  
méritis attamen consócii  
sanctitáte.

Sermo sancti Gaudéntii  
Episcopi.

*Serm. 17. de Dedic. in fine.*  
*Lectione iij.*

**H**Abémus hos Sanc-  
tos ex diversis ter-  
rárum pártibus congrega-  
tós : unde hanc ipsam

Basilicam , eórum méri-  
tis dedicátam , concí-  
lium Sanctórum nuncu-  
pári oportére decérni-  
mus. Dignum est enim ut  
ad tantórum Mátyrum  
venerandas Relíquias pro-  
cessúri , ad concilium  
Sanctórum nos procé-  
dere fateámur. Tot ígitur  
Justórum patrocínio ad-  
juvandi , totâ fide omní-  
que desidério supplices ,  
secundùm eórum vestigia  
currámus ; ut , ipsis in-  
tercedéntibus , universa  
quæ póscoimus , adipisci  
mereámur.

**DOMINICA IV. POST  
PASCHA.**

Octava ,

**ET TRANSLATIO  
VEL ELEVATIO  
SS. RELIQUIARUM**  
In Ecclesia Abbatiali S.  
Saturnini quiescentium.

*Duplex-majus.*

*- Omnia ut in Die  
empto ritu solemni , &  
exceptis quæ sequuntur.*

**AD I. VESPERAS.**

*Psalmi de Sabbato : in  
R. demitur ritus solemnis.  
Non dupl. Ant. ad  
Magnificat.*

*Oratio , Omnipotens.  
infrà , ad Laudes.*

*Pro Commem. Dominicæ sequentis,*

*Ant. Resurrexit Christus, & visus est Cephæ, & post hoc Undecim: deinde visus est plusquam quingentis fratribus simul; deinde visus est Jacobo, deinde Apóstolis omnibus, alleluia. 1. Cor. 15.*

*V. Confitébimus tibi Deus: R. Narráimus mirabilia tua. Ps. 74.*

*Oratio, Deus, qui fidélium mentes. infra, ad Laudes. Non fit Commem. de Cruce.*

*AD COMPLETOR. Psalmi de Sabbato. Cetera ut post secundas Vesperas Festi.*

#### *AD NOCTURNUM.*

*Tres Psalmi è 1. Nocturno Dominicæ, sub tribus Antiphonis de Festo.*

*Lectio j. de Scriptura occurrente.*

*Lectio ij.*

*Ex variis Ecclesiæ Abbatialis S. Saturnini monumentis.*

**I**N hujus Ecclésiæ cryptis diù jacuerat minus æquo cultus quasi Sanc-torum populus, quos cùm non incassum suis

in calamitatibus imploraf-sent Majóres nostri, è thesauro illo idéntidem educuntur eórum Reliquiæ, honoris & memoriæ causâ. Sic primò elevatae fuere ossa sanctorum Simónis & Judæ Apostolórum, ac sanctæ Susannaæ Babylónicæ, & super altare, eórum in honorem struētum, século duodécimo collocatæ. Extraetæ rursus páriter fuérunt, século décimo-sexto, ac decéntius conditæ sanctorum Philippi & Jacobi Apostolórum Reliquiæ, simulque corpora beatorum Pápuli Mártiris, Honorati, Hilárii & Sylvii, Tolosanórum Antistitium, nec non sancti Gilberti Abbatis Sempringhamensis. Sequentis séculi anno séptimo, Joannis Daffis Lumbariensis Episcopi pietate, sancti Barnabæ Apóstoli cultu pari potiuntur exúviæ. Dehinc, mediante circiter eodem século, in Urbem incidit pestis fævissima. Clamavérunt ergo Cives ad Dóminum cùm dirè tribularentur, deprecatóres adhibendo sanctos

sanctos Mártires Eadmundum, Cláudium, Nicóstratum, Symphoriánum, Castórium ac Simplicium: quorum suffragiis exorátus Dóminus, cùm Tolosátes illico eduxisset de eórum necessitatibus, ut tanti beneficii Altissimo Sanctis que referrent grátiás, è cryptis extrahi curant Deprecatórum Reliquias, & thecis argénteis ritè obseratas, Fidélium memoriæ ac reverentiæ propóni. Post annos octo, ob liberátam à simili contágio Civitátem intercessióne beati Raymundi Tolosatis, hujuscce Ecclésiæ quondam Canónici, ritu solemni è túmulo lapideo in sublíme fuit elevátum sancti Presbyteri corpus, & octo post diébus, capsâ argéntea inclúsum, ad sui Collégii Capellam reportátum. Dénique, die sextâ Januárii, anni millesimi septingentésimi septuagésimi primi, in hanc divi Saturníni Basílicam translata solémniter fuit pars Reliquiarum sancti Oriéntii, Auscitáni Episcopi, quæ olim servabátur in Ecclésia ejusdem

*Pars Verna.*

sancti Pontíficis nómine insignita. Cujus Translatiónis, necnon supradic-tárum Elevatiónum, sive de beneficiis ope Sanctórum quorum mentiόnem fecimus à Deo impetrátis, ne memória excidat, hódie pia fit recordatio.

R. Hæc dicit Dóminus. 7.

*Lectio iij. de Evang.  
& Homil. Domin. 403.*

R. Si irruerint. 8. in quo post Glória Patri. dicitur tantum Reclamatio,\* Clamábimus ad te, &c.

A D L A U D E S.

*Psalmi, Canticum, &c.  
ut in die. Ant. ad Benedictus. non duplicatur.*

*Oratio.*

O Mnípotens sempiter-ne Deus, qui ad immortáles triumphos Bár-nabam, Simónem & Ju-dam, Philippum & Jacobum, Apóstolos; Pápu-lum, Eadmundum, Cláu-dium, Nicóstratum, Sym-phoriánum, Castórium & Simplicium, Mártires; Sylvium, Hilárium, Ho-norátum, & Oriéntum, Pontífices; Gilbertum Ab-bátem, Raymundum Pres-byterum, ac beatam Su-fannam Babylónicam extuliisti: da córdibus nostris

C

dignam pro eorum Translatiōne & Elevatiōne lætitiam; ut quorum Cörpora pio amore complēctimur, eorum prēcibus adjuvémur: Per Dóminum.

*Pro Commem. Dominica,*

*Ant.* Nunc vado ad eum qui misit me, allel.  
*Joan.* 16.

*¶. Salvum fecit Dóminus Christum suum: ¶.*  
Exaudiet illum de cœlo sancto suo. *Pf.* 19.

Orémus.

**D**eus, qui fidélium mentes unius efficis voluntatis, da populis tuis id amare quod præcipis, id desiderare quod promittis; ut inter mundanas varietates, ibi nostra fixa sint corda, ubi vera sunt gaudia: Per Dóminum.

*Non fit Commem. de Cruce.*

**AD II. VESPERAS.**

*Psalmi de Dominica.*

*Non dicitur ¶. alleluia-*  
*ticus, nec duplicatur Ant.*  
*ad Magnificat.*

*Pro Commem. Dominica,*

*Ant.* Expedit vobis ut ego vadam: si enim non abiero, Paraclétus non véniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos, alleluia. *Joan.* 16.

*¶. Memor esto verbi*

tui, Dómine, ¶. In quo mihi spem dedisti. *Pf.* 118.

*Oratio*, Deus, qui fidélum. *suprà. Non fit Com-*  
*mem. de Cruce.*

**AD COMPLETOR.**  
ut in die.

**DIE XXIII. APRILIS.**

In Festo  
**SANCTI GEORGII,**  
Martyris.

*Duplex-majus.*  
*Omnia de Com. unius*  
*Martyris, iis additis qua*  
*propria habentur in Brev.*

**AD II. VESPERAS,**  
*fit Commem. S. Phæbadii,*  
*Aginensis Episcopi. Ant.*  
Elégit. *¶. Beatus. in Com-*  
*muni Pontific. Oratio pro-*  
*pria, in Breviario. Deinde*  
*de Cruce.*

**DIE VIII. MAI.**

In Festo  
**SANCTI ORIENTII,**  
Auscitani Episcopi.

*Duplex-majus.*  
*Pridie, VESPERÆ de*  
*Translatione S. Stephani,*  
*à Capitulo de S. Orientio,*  
*in Communi Pontific. Ora-*  
*tio, Deus, qui beatum*  
*Oriéntium. in Proprio.*  
*Fit Commem. Translat. S.*  
*Stephani, & deinde de*  
*Cruce.*

**AD NOCT.** *Lectio j.*  
*de Script. occurr. tribus in*

unam junctis. *Lectio ij. de S. Orientio, ut in Brev.*

*Lectio iiij.*

**S**uper sancti præfusilis túmulum Ecclésia erēcta fuit cum cœnóbio quod mónachis Cluniacénsibus tráditum est incolendum. Ibi ejus reliquiæ summâ reverétiâ habentur. Pars eárum anno quinquagésimo quarto supra millésimum trecentésimum urbi Tolosanæ concessa est, ubi religiósè fuit asserváta in Ecclesia sancti Pontificis nómine insignita, donec ineunte anno millésimo septingentésimo septuagésimo primo, in sancti Saturníni Basílicam transláta solémniter fuit. Nullum est ferè Martyrológium, quod de eo honorífè non memorétur; pléraque autem illum réferunt die primâ Maii, quæ dies mortis ejus reputátur.

*AD LAUD. fit Com- memoratio de Cruce.*

*AD II. VESP. fit pri- mùm Commem. de S. Gregorio Nazianzeno, Epis- copo & Doct. Ant. Beátus qui. ¶ Beatus homo. Oratio, Omnipotens. in Communi Doctorum. Dein- de de Cruce.*

DIE XX. MAII.

In Festo

**SANCTI HILARII,**  
Tolosani Episcopi.

*Duplex-majus.*

*Omnia de Comm. Ponti- fic. iis additis quæ propria habentur in Breviario.*

Pridiè, *AD VESP. fit Commemoratio S. Petri Cœlestini, Papæ. Ant. Sa- cerdótes tui. ¶ Salvum fecit. Oratio, Deus, qui pôpulis. in Communi Pon- tific. Deinde de Cruce.*

DIE XXII. MAII.

In Festo

**S. QUI TERIÆ,**  
Virginis & Martyris.

*Semiduplex.*

Pridiè, *AD VESP. Psalmi sub sola Ant. Quid Dómini bonum est. in Communi Virginum. Ora- tio, Deus, qui inter cétera. in eodem Com- muni.*

*Fit Commem. de Cruce.*

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

*Serm. de Sta Droside, ex Tom. V. edit. Ducæi.*

*Lectio ij.*

**E**Go máximè com- memorationes dílico Mártyrum, dílico & am- plector; atque omnes qui- dem, sed præcipue cùm

mulierum certamina proponuntur. Quantò enim infirmius est vas, tantò illūstrius est trophæum, tantò insignior est victoria; non ob imbecillitatem sexūs athletarum, sed quod per ea quibus vicebat inimicus, nunc etiam vincatur. Per virginem olim Adāmum diabolus interēmit; per virginem deinde Christus diabolum superavit: & ille gladius, quem ipse in nos exacuerat, caput draconis amputavit. Per mulierem vicit; per mulierem superatus est. Peccavit illa prior, & mortua est: ista mortua est, ne peccaret. Illa tūm futilis promissi spe inflata, Dei leges violavit: hæc vitam præsentem contempsit, ne fidem in suum benefactorem ejuraret.

## Lectio iij.

**Q**UAM igitur deinceps sperare poterunt excusationem viri, si molles sint & ignavi; cum fortiter ac viriliter se gerant mulieres, cum ad se generosè ad certamina pietatis accingant? Nam neque sexus, neque aliud quidquam potest impedi-

mentum objicere, si adsit alacritas animi, & zelus, & ardens fides; hisque omnibus Dei nobis gratiam conciliemus, quod Beata nimis ista præsttit. Fuit enim illi corpus imbecillum, & obnoxius sexus injuria: verumtamen horum imbecillitatem adveniens gratia occultavit, ubi generosam animi alacritatem offendit, & constantem fidem, & animum ad subeunda pericula præparatum. Nihil enim est, nihil planè potenter est eo, qui magno cum studio, Dei timorem habet in mente defixum: sed quamvis ferrum, quamvis aliud quidvis minentur hostes, omnia nullo negotio contemnit: quod utique Beata ista etiam fecit.

*AD LAUD. & VESP. fit  
Commemoratio de Cruce.*

**DIE XXXI. MAII.**

*In Festo  
SANCTI SYLVII,  
Tolosani Episcopi.*

*Duplex majus.  
Omnia de Communi  
Pontificum, iis additis  
que propria habentur in  
Breviario.*

PROPRIUM SANCTORUM  
ECCLESIAE ABBATIALIS  
SANCTI SATURNINI.  
PARS ÆSTIVA.

---

DIE XX. MAI.

In Festo

SANCTI HILARII,  
Tolosani Episcopi.

Duplex-majus.

*Omnia de Communi  
Pontificum, iis additis  
que propria habentur in  
Breviario.*

DIE XXII. MAI.

In Festo

S. QUITERIÆ,  
Virginis & Martyris.

Semiduplex.

*Omnia de Comm. Virg.  
additis que sequuntur.*

Pridie AD VESP.  
Psalmi sub sola Ant.  
Quid Dómini. Oratio,  
Deus, qui inter cétera.  
in Communi.

Sermo sancti Joannis  
Chrysostomi.

Serm. de Sta Droside,  
ex Tom. V. edit. Ducæi.

Leđio ij.

E Go máximè com-  
memorationes dílico  
Pars Æstiva.

Mártirum, diligo & am-  
pleteor; atque omnes qui-  
dem, sed precípuè cùm  
mulierum certámina pro-  
ponuntur. Quantò enim  
infirmius est vas, tanto  
illústrius est trophæum,  
tantò insignior est vic-  
tória; non ob imbecil-  
litátem sexûs athletárum,  
sed quòd per ea quibus  
vicerat inimicus, nunc  
étiam vincátur. Per ví-  
ginem olim Adámum diá-  
bolus interémit; per ví-  
ginem deinde Christus  
diábolum superávit: &  
ille gládium, quem ipse in-  
nos exacúerat, caput dra-  
cónis amputávit. Per mu-  
lierem vicit; per mulie-  
rem superátus est. Peccá-  
vit illa prior, & mórtua  
est: ista mórtua est, ne  
peccáret. Illa tum fútilis  
promissi spe infláta, Dei  
leges violávit: hæc vi-  
tam præsentem contemp-

A

*In Translatione sancti Exuperii.*  
sit, ne fidem in suum be-  
nefactórem ejuráret.

*Lectio iii.*

**Q**UAM igitur deinceps  
speráre póterunt ex-  
cusatióne viri, si mol-  
les sint & ignávi; cùm  
fórtiter ac viriliter se ge-  
rant mulieres, cùm ádeo  
se generósè ad certámina  
pietatis accingant? Nam  
neque sexus, neque áliud  
quidquam potest impedi-  
mentum objícere, si adsit  
alácritas ánni, & zelus,  
& ardens fides; hisque  
ómni bus Dei nobis grá-  
tiam conciliémus, quod  
Beáta nimírum ista præ-  
tit. Fuit enim illi corpus  
imbecillum, & obnóxius  
sexus injúriæ: verúmta-  
men horum imbecillitá-  
tem advéniens grátia oc-  
cultávit, ubi generósam  
ánni alacritátem offen-  
dit, & constantem fidem,  
& ánimum ad subeunda  
perícula præparátum. Ni-  
hil enim est, nihil planè  
poténtius est eo, qui ma-  
gno cum stúdio, Dei ti-  
mórem habet in mente  
defixum; sed quamvis ferrum,  
quamvis áliud  
quidvis minentur hostes,  
omnia nullo negótio con-

temnait: quod útique Beá-  
ta ista étiam fecit.

**DIE XXXI. MAI.**

*In Festo*

**SANCTI SYLVII,**  
Tolosani Episcopi.

*Duplex-majus.*

*Omnia de Communi  
Pontificum, iis additis  
qua propria habentur in  
Breviario.*

**DIE XIV. JUNII.**

*In Translatione  
SANCTI EXUPERII,*  
Tolosani Episcopi.

*Duplex-majus.*

*Omnia ut in Communi  
Pontificum, additis qua  
sequuntur. Oratio, Deus,  
qui hunc diem. infrà.*

**IN I. NOCT. Lectio-  
nes de Scriptura occur-  
rente.**

**IN II. NOCTURNO.**

*Lectio iv.*

*Ex veteri Tradit. Tolos.*

**E**xupérius, Tolo-  
sanus Antistes,  
beáti Hierónymi  
præcóniis nunquām fatis  
laudátus, postquām pas-  
torális officii partes om-  
nes sapientissimè ac fane-  
tissimè implevisset, tem-  
pus resolutiónis suæ infi-  
táre séniens, Blagnacum  
propè Tolosam se recé-

pit, quod liberiūs Deo vacaret. Ibi, secularibus curis omnino expeditus, & orationi ac rerum divinarum contemplationi impensè deditus, extrimum vitae suæ tempus exegit, tandemque meritis cumulatus animam Deo reddidit circa initium quinti seculi. Sacrum beati Praefulsi corpus eodem in loco sepultum, inde post centum ab ejus morte cinciter annos Tolosam deportatum est, ac in Basilica sancti Saturnini honorificentiori tumulo reconditum. Ne autem tanti beneficij Tolosates aliquando caperet oblivio, annua Translationis festo die memoriam illius renovari jussérunt Tolosani Pontifices.

Ex libro sancti Augustini Episcopi, de Civitate Dei.

*Lib. i. Cap. 13. Lettio v.*

**N**on contemnenda & abicienda sunt corpora defunctorum, maximè justorum atque fideliūm, quibus tanquam organis & vasis ad omnia bona opera sanctus

usus est Spiritus. Si enim paterna vestis & annulus, ac si quid hujusmodi, tanto carius est posteris, quanto erga parentes major affectus; nullo modo ipsa spernenda sunt corpora, quae utique multo familiariūs atque conjunctius, quam quaelibet indumenta gestamus. Haec enim non ad ornatum vel adjutorium quod adhibetur extrinsecus, sed ad ipsam naturam hominis pertinent. Unde & antiquorum justorum funera officiosâ pietate curata sunt, & exequiae celebratae, & sepultura provisa: ipsis, dum vivebant, de sepeliendis, vel etiam transferendis suis corporibus filiis mandaverunt. Et Tobias sepeliendo mortuos Deum promeruisse, teste Angelo, commendatur.

*Lettio vij.*

**I**pse quoque Dominus die tertio resurrectus religiosæ mulieris bonum opus prædicat, prædicandumque commendat, quod unguentum pretiosum super membra ejus effuderit, atque hoc ad

Aij

**4** *In Translatione sancti Exuperii.*

eum sepeliendum fecerit.  
Et laudabiliter commemo-  
rantur in Evangélio,  
qui corpus ejus de cruce  
acceptum, diligenter at-  
que honoríficè tegendum  
sepeliendumque curáront.  
Verùm istae autoritätes  
non hoc ádmonent, quòd  
insit ullus cadavéribus  
sensus; sed ad Dei pro-  
vidéntiam, cui placent  
étiam tália pietatis officia,  
córpora quoque mortuó-  
rum pertinére significant,  
propter fidem resurrec-  
tiónis aſtruendā. Ubi &  
illud salúbriter díscitur,  
quanta possit esse remu-  
nerátio pro eleémósynis,  
quas vivéntibus & sen-  
tiéntibus exhibémus, si  
neque hoc apud Deum  
perit, quod exánimis hó-  
minum membris officii  
diligentiæque persólvi-  
tur.

**IN III. NOCTURNO.**

Léctio sancti Evangélii  
secundūm Joānem.

*Léctio viij. Cap. 10.*

**I**N illo témpore; Dixit  
Iesus Phariseis: Ego  
sum pastor bonus. Bonus  
pastor ánimam suam dat  
pro óvibus suis. Et réli-  
qua.

Homilia sancti Gregórii  
Papæ.

*Homil. 14. in Evang.*

**A**Uditis, fratres ca-  
rissimi, ex lectio-  
ne Evangélica eru-  
ditónem vestram: auditis & periculum nostrum.  
Ecce enim is, qui non  
ex accidenti dono, sed  
essentiáliter bonus est,  
dicit: Ego sum pastor bo-  
nus. Atque ejusdem bo-  
nitatis formam, quam  
nos imitémur, adjungit,  
dicens: Bonus pastor áni-  
mag suam dat pro óvi-  
bus suis. Fecit quod mó-  
nuit, ostendit quod ju-  
fit. Bonus pastor pro óvi-  
bus suis ánimam suam  
póstulit; ut in Sacramento  
nostro corpus suum &  
sanguinem vérteret, &  
oves quas redémerat,  
carnis suæ alimento fa-  
tiaret.

*Lectio viij.*

**O**Stensa nobis est de  
contemptu mortis  
via quam sequámur; ap-  
pórita est forma cui im-  
primámur. Primum nobis  
est, exterióra nostra mi-  
sericórditer óvibus ejus  
impéndere; postrémum  
verò, si necesse fit, étiam

vítam nostram pro eisdem óvibus ministrare. A primo autem hoc mí-nimo pervenit ad pos-trénum majus. Sed cùm incomparabiliter longè sit mélioꝝ ánima quâ vivimus, terrénâ substântiâ quam extériùs possidémus; qui non dat pro óvibus substântiam suam, quando pro his datúrus est ánimam suam?

*Lectio ix.*

**E**T sunt nonnulli, qui, dûm plus terrénam substântiam quâ oves diligunt, méritò nomen pastóris perdunt; de quibus protinùs subditur: Mercenárius autem, & qui non est pastor, cuius non sunt oves própriæ, videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit. Non pastor, sed mercenárius vocátur, qui non pro amóre íntimo oves Domínicas, sed ad temporáles mercédes pascit. Mercenárius quippe est, qui locum quidem pastóris tenet, sed lucra animárum non quærít; terrénis cōmodis inhiat, honóre praelationis gaudet, temporálibus lucris

pásctur, impensâ sibi ab homínibus reverétiâ læ-tatur.

*Oratio.*

**D**euſ, qui hunc diem honorabilem nobis in beáti Exupérii Pontificis Translatione tribuſt: da, quæſumus, Ecclésiæ tuæ in hac celebritatē lætitiam; ut cujus membra pio amóre venerátur in terris, ejus intercessióni-bus sublevétur in cœlis: Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit & regnat in unitaté Spíritus sancti Deus, &c.

**D**IE X VI. JUNII.  
In Feste SS. Martyrum  
**CYRICI ET JULITTÆ.**

*Duplex-majus.*

*Omnia ut in Communi plurium Martyrum, exceptis qua sequuntur. Oratio, Pietatē tuam. in Breviario.*

**I**N I. NOCT. *Lectio-*  
*nes de Scriptura occur-*  
*rente.*

**I**N II. NOCT. *Ex-*  
*duabus Lectiōibus que*  
*habentur in Breviario,*  
*fiant tres, facta divisione*  
*ad hac verba ultimæ,*  
*Quid times vias duras.*

A iii

**6** *In Feste Sanctorum Cyrici & Julitta.*

**IN III. NOCTURNO.**

*Léctio sancti Evangélii secundum Lucam.*

*Lectio vii.* Cap. 6.

**I**N illo tempore; Des-  
cendens Iesús de mon-  
te, stetit in loco campes-  
tri; & turba discipulórum  
ejus, & multitúdo copiós-  
a plebis ab omni Judæa,  
& Jerúusalem, & maríti-  
ma, & Tyri, & Sidónis.  
Et réliqua.

*Homilia sancti Ambrósii  
Episcopi.*

*Lib. i. Off. Cap. 15. & 16.*

**N**on potest quis  
præmium accipe-  
re, nisi legitimè  
certáverit: nec est glo-  
riosa victoria, nisi ubi  
fuerint laboriosa certámi-  
na. Nonne iustus est,  
qui antè quærat præ-  
mium, quām certamen  
fuerit abfolútum? Ideò-  
que Dóminus in Evangé-  
lio ait: Beáti qui perse-  
cutiónem patiuntur propter  
justitiam, quóniam ip-  
sorum est regnum cœló-  
rum: beáti estis, cùm  
vos malédicent hómines,  
& persequentur, & di-  
cent omne malum adver-  
sum vos propter justi-  
tiam; gaudéte, & exul-

tate, quóniam merces  
vestra copiosa est in cœlo.  
Futúram, non præ-  
sentem, in cœlo, non  
in terra, mercédem pro-  
misit esse reddendam.  
Quid álibi poscis quod  
álibi debétur? Quid præ-  
próperè corónam éxigis,  
ántequām vincas? Quid  
detérgere púlverem, quid  
requiéscere cupis, quid  
epulári gestis, ántequām  
stádium solvátur? Adhuc  
pópulus spectat, adhuc  
athlétæ in scámmate sunt;  
& tu jam ótium petis?

*Lectio viii.*

**S**ed forte dicas: Cur  
ímpii lætantur? cur  
luxuriantur? cur étiam  
ipsi non mecum labórant?  
Quóniam qui non sub-  
scrípserint ad corónam,  
non tenentur ad labórem  
certáminis: qui in stádium  
non descénderint, non se-  
perfundunt óleo, non  
oblíniunt púlvere. Quos  
manet glória, expectat  
injúria. Unguentati spec-  
tare solent, non decertá-  
re, non solem, æstus,  
púlverem, imbrésque pér-  
peti. Dicant ergo & ipsi  
athlétæ: Venite, nobis-  
cum laboráte. Sed ref-

*In Festo S. Raymundi, Presbyteri.*

7

pondébunt spectátóres :  
Nos híc ínterim de vobis  
judicámus ; vos autem  
fine nobis corónæ , si vi-  
céritis , glóriam vindicá-  
bitis.

*Lectio ix.*

**I**sti ígitur qui in delíciis ,  
qui in luxúria , rapí-  
nis , quæstibus , honóri-  
bus , stúdia posuérunt sua ,  
spectátóres magis sunt  
quàm præliatóres . Ha-  
bent lucrum labóris , fruc-  
tum virtútis non habent .  
Fovent ótium , astútiâ &  
improbítate ággerant di-  
vitiárum acervos ; sed  
exolvent , seram licèt ,  
nequitiæ suæ pœnam . Per-  
fectorum est coróna . Ex-  
pecta ut véniat quod per-  
fectum est , quando non  
per spéciem in aénigmate ,  
sed fácie ad fáciem for-  
mam ipsam redopertæ  
veritatis possis agnoscere .

**DIE IIII. JULII.**

*In Festo*

**SANCTI RAYMUNDI,**  
Presbyteri , & Canonici  
Ecclesiæ S. Saturnini .

*Duplex-majus.*

*Omnia ut in Communi  
Justorum Sacerd. prater  
ea qua sequuntur. Ora-  
tio , Deus , qui beatum*

Raymundum. *in Brevia-  
rio.*

**IN I. NOCT.** *Lectio-  
nes de Scriptura occur-  
rente.*

**IN II. NOCT.** *Ex-  
duabus Lectiōnibus quæ  
habentur in Breviario ,  
sunt tres , factâ divisione  
ad hæc verba ultima ,  
Conceditur ergo tibi .*

**IN III. NOCTURNO.**  
*Lectio sancti Evangélii  
secundūm Lucam .*

*Lectio viij. Cap. 10.*  
**I**n illo témpore ; De-  
signávit Dóminus &  
álios septuaginta duos ,  
& misit illos binos ante  
fáciem suam , in omnem  
civitatem & locum quod  
erat ipse venturus . Et  
dicébat illis : Messis qui-  
dem multa , operárii au-  
tem pauci . Et reliqua .

*Homilia sancti Gregorii  
Papæ.*

*Homil. 17. in Evang.*

**A**d messem mul-  
tam operárii pauci  
sunt ; quod sine  
gravi mærore loqui non  
póssumus , quia etsi sunt  
qui bona áudiant , de-  
sunt qui dicant . Ecce  
mundus Sacerdótibus ple-  
nus est , sed tamen in

**S** In Feste S. Raymundi, Presbyteri.

messe Dei rarus valde invenitur operator; quia officium quidem sacerdotale suscepimus, sed opus officii non implimus. Sed pensate, fratres mei, pensate quod dicitur: Rogate ergo Domum messis ut mittat operarios in messem suam. Vos pro nobis perte ut digna vobis operarii valeamus, ne ab exhortatione lingua torpeat, ne postquam prædicationis locum suscepimus, apud justum Jūdicem taciturnitas nostra nos addicat.

*Lectio viii.*

**S** Ed utinam, si ad prædicationem virtutis non sufficiamus, loci nostri officium innocentiæ vitae teneamus; nam subditur: Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Multi enim cum regiminis curam suscipiunt, ad lacerandos subditos inardescunt, terrorem potestatis exhibent, & quibus prodesse debuerant, nocent. Et quia caritatis viscera non habent, domini vidéri appetunt, patres se esse minimè recognoscunt. Humilitatis

locum in elationem dominacionis immunt; & si quando extrinsecus blandiuntur, intrinsecus faviunt. De quibus alias Veritas dicit: Veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

*Lectio ix.*

**C**Ontra quæ omnia considerandum nobis est, quia sicut agni inter lupos mittimur, ut sensum servantes innocentiæ, mortuum malitiæ non habeamus. Qui enim locum prædicationis suscipit, mala inferre non debet, sed tolerare; ut ex ipsa sua mansuetudine iram favientem mitiget, & peccatorum vulnera in aliis ipse afflictionibus vulneratus sanet. Quod tunc bene rector exhibet, cum seipsum diligere per amorem privatum nescit, cum nulla quæ mundi sunt appetit, cum terrendo cupiditatis oneribus nequam mentis colla supponit.

*AD LAUDES & VESPERAS, fit Commemoratio Octavae sandorum Apostol. Petri & Pauli.*

*In Feste S. Honesti, Presbyteri.*

**DOMINIC. PROXIMA**

**DIEI VIII. JULII.**

Celebratur *ANNIVERSARIUM DEDICATIONIS ECCLESIAE ABBATIALIS S. SATURNINI, (ab Urbano II. anno 1096.) Solemne-majus; cum Oœtava.*

*Omnia ut in Breviario, post Commune Sanctorum; & sic intrâ Octavam & ipsâ die Oœtavâ.*

**¶ Si quod occurrat intrâ hanc Oœtavam Festum Duplex-minus aut suprà, de eo sit Officium, cum Commem. Oœtave in utrisque Vesperis & Laudibus. De Semiduplici vel Simplici, fit dumtaxat Commemoratio.]**

**DIE XII. JULII.**

In Feste  
**SANCTI HONESTI,**  
Presbyteri, Socii sancti  
Saturnini.

*Duplex-majus.*

*Omnia ut in Communi Justorum Sacerdot. præter ea que sequuntur.*

**IN I. VESP. ¶ Ant.**  
ad Magnificat. & *Oratio propria, ut in Breviario.*  
*Fit Commem. S. Benedicti Abb. Ant. Atténdite.*  
**¶ Ant. Justus. in Communi**

*Abbatum. Oratio, Deus;*  
qui beatum Benedictum.  
*in Breviario.*

**IN I. NOCT.** Lec-  
tiones de Scriptura occur-  
rente.

**IN II. NOCT.** Ex  
duabus Læctionibus qua  
habentur in Breviario,  
fiant tres, divisione factâ  
ad hac verba ultima, Et  
si ei qui plus amâvit.

**IN III. NOCTURNO.**

Læctio sancti Evangélii  
secundùm Lucam.

Læctio vij. Cap. 10.

**I**n illo tempore; De-  
signavit Dominus &  
alios septuaginta duos,  
& misit illos binos ante  
faciem suam, in omnem  
civitatem & locum quo  
erat ipse venturus. Et di-  
cébat illis: Messis quidem  
multa, operarii autem  
pauci. Et reliqua.

Homilia sancti Hieronymi  
Presbyteri.

*Comment. in Matth. Lib.  
1. Cap. 9, & 10.*

**M**essis multa, po-  
pulorum signifi-  
cat multitudinem;  
operarii pauci, pe-  
nuriam magistrorum. Et  
imperat ut rogent Domini-  
num messis, ut mittat

operários in messem suam. Iſti ſunt operárii de quibus lóquitur Psalmista, dicens: Qui ſéminant in lácrymis, in gáudio me-tent: euntes ibant & flebant, portantes ſémina ſua; venientes autem véniunt cum exultatiōne por-tantes manípulos fuos. Et ut apertiū loquar, mēfis multa, omnis turba credentium eſt: operárii autem pauci, & Apóstoli, & imitačores eórum qui mittuntur ad messem. Et dedit illis potestatē ſpirituum immundórum, ut ejicerent eos. Multa diſtantia eſt, inter habére, & tribuere. Iste quodcumque agit, potestatē Dómini agit: illi ſi quid fáciunt, imbecillitatē ſuam & virtutē Dómini con-fitentur, dicentes: In nō-mine Iesu ſurge, & ám-bula.

*Lectio viij.*

**E**ntes autem prædi-cate, dicentes, Quia appropinquávit regnum cœlorum: infirmos cu-ráte, mórtuos fuſcitáte, leprósos mundáte, dæ-monies ejicite. Ne homi-nibus rusticánis, & abſ-

que eloquii venustatē, indoctis & illiteratīs, ne-mo créderet pollicéntibus regna cœlorum, dat po-testatē infirmos curáre, leprósos mundare, dæ-monies ejicere; ut magni-tudinem promissórum, probet magnitudo signórum. Et quia ſemper do-na ſpirituália, ſi merces média ſit, vilióra fiunt, adjungitur avaritiæ con-demnatio: Gratis accep-tiſtis, gratis date. Ego Magiſter & Dóminus abſque p्रetio hoc vobis trá-bui; & vos ſine p्रetio date, ne Evangeliī grácia corrumpátur.

*Lectio ix.*

**N**olite poffidére au-rum, neque pecú-niam in zonis veſtris; non peram in via, neque duas túnicas, neque calce-a-menta, neque virgam: dignus eſt enim operárius cibo ſuo. Et quia quo-dámmodo nudos & ex-peditos ad prædicandum Apóstolos miſerat, & du-ra videbátur conditio ma-gistrórum, ſeveritatē präcepti ſequenti ſenten-tia temperávit, dicens: Dignus eſt operárius cibo

suo. Tantum, inquit, accipite, quantum in vietu & vestitu vobis necessarium est. Unde & Ap̄tolus replicat: Habentes vietum & vestitum, his contenti simus. Et in alio loco: Communicebat autem is qui catechizatur, ei qui se catechizat, in omni bono; ut quorum discipuli metunt spiritualia, confortes eos faciant carnalium suorum, non in avaritia, sed in necessitate.

*AD LAUD. v. & Ant.  
ad Benedictus. propria,  
in Breviario.*

*AD II. VESP. v. &  
Ant. ad Magnificat. pro-  
pria, in Breviario.*

**DIE XXVI. AUGUSTI.**

In Festo

**SANCTI VIDIANI,**

Martyris.

*Semiduplex.*

*Pridie AD II. VESP.  
de S. Ludovico Franco-  
rum Rege, fit Commemo-  
ratio S. Vidiani. Ant.  
Ecce Deus. v. In Deo.  
in Communi unius Mar-  
tyris. Oratio, Adesto.  
Infrā.*

*Lectione ij.*

*Ex tradit. & veterib. mo-  
num. Eccles. Rivenfis.*

**V**Idianus martyrium subiisse creditur in ea parte Comitatū Convenensis quae vicina est Garumnā fluvio, propè fontem qui etiamnunc nomen sancti Vidiani retinet. Hujus corpus à fidelibus Christiani collectum & decenter sepultum, tantis postmodum miraculis claruit, ut cultu publico tanquam Martyr coepit honorari. Qui cultus cum in dies propter nova miracula magis ac magis creseret, sacræ ejus Reliquiae è tumulo relevatae, apud Martras, Diocesis Rivenfis oppidulum, depositæ fuerunt; ubi in Ecclesia Parrochiali & Capella ad hoc aedificata religiosè servantur, atque summae venerationi in tota latè vicinia habentur.

Sermo sancti Augustini  
Episcopi.

*Serm. 283. alias 42. de  
divers. Cap. 3.*

*Lectione iij.*

**D**EUM adjutorem, ut vinceret, beatus Martyr habuit quem mi-

rámur , cujus solemnitátem hódie celebrámus. Sine illo non víceret. Et si dolóres víceret , diábolum non víceret. Ali quando enim vici à diábolo , vincunt dolóres ; non habentes patiéntiam , sed durítiam. Ille ergo ad-jútor ádfuit , ut donáret ei veram fidem , fáceret ei bonam caufam , & pro bona causa donáret patiéntiam. Tunc enim est patiéntia , quando præcédit bona causa. Non enim & ipsam fidem álius quam Deus donat. Brévi-ter utrumque commen-dávit Apóltolus , & caufam pro qua patiámur , & patiéntiam quâ mala perferámus , à Deo no-bis esse. Exhortans enim Mártires , ait : Quia vo-bis donátum est pro Christo. Ecce bona causa , quia pro Christo ; non pro facrilégio contrà Christum , pro hæresi & schísmate contrà Christum. Christus enim ait : Qui mecum non cõlligit , spar-

git. Ergò , vobis , inquit , donátum est pro Christo , non solùm ut credátis in eum , sed étiam ut patiámini pro eo. Hæc est ve-ra patiéntia. Hanc ergò pa-tiéntiam diligámus , hanc teneámus : & si nondùm habémus , petámus ; & rectè cantámus , Deo sub-jiciétur ánima mea , quóniam ab ipso est patiéntia mea.

*Oratio.*

**A** Desto , Dómine , sup-plicationibus nostris ; ut qui beáti Mártiris tui Vidiáni natalitiis gloriá-mur , nec minis injustè persequéntium , nec ullis perturbémur adverfis : Per Dóminum nostrum.

*VESPERÆ de S. Cæ-sario , Arelatensi Episc. & Ecclesiæ Doct. in Com-muni Doct. Oratio pro-pria , in Breviario.*

*Pro Commem. S. Vi-diani , Ant. Justum. ¶ Posuisti. in Communi unius Mart. Oratio , Adesto. supra.*

PROPRIUM SANCTORUM  
ECCLESIAE ABBATIALIS  
SANCTI SATURNINI.  
PARS AUTUMNALIS.

---

DIE I. SEPTEMBRIS.

In Feste

SANCTI ÆGIDI,

Abbatis.

*Duplex-majus.*

*Omnia de Communi  
Abbatum, additis que se-  
quuntur. Oratio propria,  
in Breviario.*

IN I. NOCT. Lectio-  
nes de Scriptura occur-  
rente.

IN II. NOCT. Ex  
duabus Lectionibus que  
habentur in Breviario,  
sunt tres, divisione facta  
ad hæc verba secunda,  
Ubi in aula.

IN III. NOCTURNO.  
Lectio sancti Evangeli  
secundum Marcum.

*Lectio viij. Cap. 10.*

IN illo tempore; Cœ-  
pit Petrus dicere ad  
Jesum: Ecce nos dimis-  
imus omnia, & secuti su-  
mus te. Et reliqua.

*Pars Autumnalis.*

Homilia sancti Basili

Epi scopi.

*Constit. Monast. Cap. 18.*

**P**erfectissimam vitæ  
societatem appello  
ego, eam à qua  
exclusa est omnis posses-  
sio propria, fugataque est  
animorum dissensio, &  
ex qua perturbatio om-  
nis, contentioque ac dis-  
sidia absunt: in qua verò  
omnia sunt communia,  
animæ, sententiæ, cör-  
pora, & quæcumque  
alia, quibus corpora nu-  
triuntur ac curantur;  
communis Deus, commu-  
nis pietatis negotiatio,  
salus communis, commu-  
nia certamina, coro-  
næ communæ, commu-  
nes labores, ubi multi  
unus, & unus non solus,  
sed in pluribus.

*Lectio viij.*

**Q**uid comparandum est  
huic vitæ instituto?

**A**

*In Feste S. Aegidii, Abbatis.*

Quid beatius? Quid hâc conjunctiōne atque unitatē perfec̄tius? quid jucundius morum & animorum conspiratiōne? Hómines ex diversis natiōnibus ac régionibus profecti, tam perfectè & sincérè in unum coaluere; ut ánimus unus cernatur in multis corpóribus, multa verò corpora mentis unius órgana esse comperiantur. Qui infirmus est corpore, multos habet unā secum ex affectu infirmos: qui ánimo ægrótat ac cóncidit, ei præstò sunt multi, à quibus curétur, pariterque erigátur.

*Lectione ix.*

**H**I æquábili jure inter se álii aliórum & servi sunt, & domini, & in libertatē invicta

servitūtem sibi invicem exhibent integerrimam, quam vi non péperit fortuiti alicujus casus necesis, quæ non parvam suis captiuis affert tristitiam, sed eam cum gáudio produxit liberum áimi arbitrium; caritatem liberos hómines álios áliis subjiciente, ac voluntati libertatem servante. Hi Servatóris, institutorumque vitæ ejus quam in carne degit, imitatores sunt sincéri. Hi Angelorum æmulantur vitam, illorum exemplo societatem diligenter tuentes.

*AD VESP. fit Com memoratio sancti Antonini Martyris. Ant. Ecce Deus. ¶ In Deo. in Communi unius Mart. Oratio propria, in Bre viario.*



3

DIE XXVIII. SEPTEMBRIS.  
IN FESTO  
SANCTI EXUPERII,  
TOLOSANI EPISCOPI.

---

SOLEMNE - MAJUS.

IN I. VESPERIS.

*Psalmi de Feria.*

*Ant.* QUæsivit Dóminus i. f. sibi virum juxta cor suum; & præcepit ei ut esset dux super populum suum. *1. Reg.* 13.

*Ant.* 2. D. Certè videtis quem elegit Dóminus, quoniam non sit similis illi in omni populo. *1. Reg.* 10.

*Ant.* 3. a. Vir bonus & benignus, verecundus vi- fu, modestus moribus, & eloquio decorus, & à púero in virtutibus exercitatus. *2. Mach.* 15.

*Ant.* 4. E. Spíritum Sanctorum habet in se: scientia & sapientia inventæ sunt in eo. *Dan.* 5.

*Ant.* 5. F. Vos ergo confortamini: ipsum audite semper, & ipse erit

vobis pater. *1. Mach.* 2.

CAPITULUM. *Ezech.* 34.

**H**Æc dicit Dóminus Deus: Visitabo oves meas, & suscitabo super eas pastorem unum, qui pascat eas, servum meum; ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem.

¶. Ecce do ei pacem fœderis mei; \* Et erit ipsi pactum sacerdotii semipiternum, quia zelatus est pro Deo suo. ¶. Invéni virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas; \* Et erit ipsi. Glória Patri. Repetitur ¶. Ecce do ei. usque ad ¶. *Num.* 25. *Act.* 13.

H Y M N U S.

**O** QUÆ, tincta sacri sanguine Mártiris, Nostris, Relligio, finibus imperas,

Aij

*In Feste S. Exuperii, Episcopi.*

Nunc lætare : tuum qui  
cūmulat decus ,  
Pastórem Deus éxitat.  
**T**E plebs , Exúperi , te  
Deus éligit :  
Adsis ; imposésum quid  
trépidas onus ?  
Quondam Tectosagum  
córdibus ínsita ,  
Per te sémina púllulent.  
**Q**UID , dùm , Christe , fa-  
ves , non súperat la-  
bor ?  
Densis quæ fúerat vé-  
pribus óbsita  
Tellus , culta manu  
Præfusilis , úberes  
Nunc promit ségetes  
finu .  
**Q**UÆ servábat adhuc lú-  
dicra númina  
Plebs cæcata nimis ,  
fusa solo ruunt ;  
Et Christo pénitus súb-  
dita civitas  
Sanctis fit nova móri-  
bus.  
**E**RGO , sancta fides quo  
duce gérminat ,  
Hunc gens grata no-  
vum dicat Apósto-  
lum :  
Christo quos íterùm  
párturit , optimum  
Hunc cives célebrent  
patrem.  
**S**IT , qui cuncta creat ,

máxima laus Patri ;  
Qui mundum réparat ,  
máxima Filio :  
Per quem firma viget  
pectóribus fides ,  
Sit laus par tibi , Spí-  
ritus .

Amen.

**V.** Docébo iníquos vias  
tuas ; **R.** Et ímpii ad te  
convertentur. *Ps. 50.*

*Ad Magnificat.*

*Ant. 6. F. duplicanda.*  
Erit magnus coràm Dó-  
mino ; Spíritu sancto re-  
plébitur , & multos con-  
vertet ad Dñum Deum  
ipsorum. *Luc. 1.*

*Oratio , Dómine Jesu  
Christe. infrà ad Laudes.*  
*Non fit Commem. SS.*

*Cosma & Damiani.*

*AD COMPLETOR.*

*Psalmi & Capitulum de  
Feria : cetera ut infrà poft  
II. Vesperas.*

*AD OFFIC. NOCT.*

*Invit. Christum Pa-  
tórum príncipem , \* Ve-  
nité, adorémus. *I. Petr. 5.**

*Ps. 94. Venité. 2.*

*Hymnus , O quæ. su-  
prà in primis Vesperis.*

*Psalmi de Dominica.*

*IN I. NOCTURNO.*

*Ant. 6. F. Surrexit qua-  
si ignis , & verbum ip-*

sius quasi fácula ardébat.  
*Eccli. 48.*

*Ant. 2. D.* Vedit mala quæ fiébant in pôpulo; & dóluit, & contremuerunt rene sejus. *1. Mach. 2.*

*Ant. 4. d.* Et dixit: Sancta in manu extra-neórum facta sunt; quò ergò nobis adhuc vivere?

*1. Mach. 2.*

*V.* Vidi prævaricantes, & tabescébam; *R.* Quia elóquia tua non custodiérint. *Pf. 118.*

De libro Ecclesiástici.

*Lección j.* Cap. 50.

**S**acerdos magnus in vita sua suffulxit domum, & in diébus suis corroborávit templum. Templi étiam altitudo ab ipso fundáta est, duplex ædificatio, & ex celsi parietes templi. In diébus ipsius emanavérunt pútei aquárum, & quasi mare adimpléti sunt suprà modum. Qui curávit gentem suam, & liberávit eam à perditio-ne. Qui præváluit amplificáre civitátem: qui adeptus est glóriam in conversatióne gentiš; & ingressum domús & atrii amplificávit.

*R.* Lex veritatis fuit in ore ejus: in pace & in æquitáte ambulávit; \* Et multos avertit ab iniquitáte. *V.* Fervens spíritu loquebátur, & docébat diligenter ea quæ sunt Jesu; \* Et multos. *Mala-ch. 2. Act. 18.*

*Lectio ij.*

**Q**uasi stella matutína in médio nébulæ, & quasi luna plena in diébus suis lucet, & quasi sol refulgens: sic ille effulgit in templo Dei. Quasi arcus refulgens inter nébulas gloriæ, & quasi flos rosárum in diébus vernis, & quasi lilia quæ sunt in tránsitu aquæ, & quasi thus redolens in diébus æstatis. Quasi ignis effulgens & thus ardens in igne; quasi vas auri sólidum, ornátum omni lápide pretioso. Quasi oli-va púllulans, & cypres-sus in altitudinem se extollens, in accipiendo ipsum stolam gloriæ, & vestiri eum in consummatiōne virtutis.

*R.* Persecútus est iniquos, & præ timore ejus omnes operárii iniquitatis conturbáti sunt; \* Et

*A. ij.*

**6** *In Festo S. Exuperii, Episcopi.*

directa est salus in manu ejus. ¶ Perambulabat confirmans Ecclésias, præcipiens custodire præcepta Apostolórum & Seniōrum; \* Et directa est. 1. Mach. 13. Act. 15.

*Lectio iij.*

**I**N ascensu altaris sancti, gloriā dedit sanctitatis amictum. In accipiendo autem partes de manu Sacerdotum, & ipse stans juxta aram, & circā illum corona fratrum. Quasi plantatio cedri in monte Libano, sic circā illum steterunt quasi rami palmæ; & omnes filii Aáron in gloria sua: oblatio autem Dómini in manib⁹ ipsorum coram omnī synagóga Israél. Et consummatione fungens in ara, amplificare oblationem excelsi Regis, porrexit manum suam in libatione, & libavit de sanguine uvæ: effudit in fundamento altaris odorem divinum excelso Príncipi.

¶ Ipse est directus divinitus in poenitentiam gentis, & tulit abominationes impietatis; \* Et in diébus peccatorum cor-

roboravit pietatem. ¶ Dicébat ad turbas: Fácite fructus dignos poenitentiæ; \* Et in diébus Glória Patri. Repetitur ¶ Ipse. usquæ ad ¶ Eccli. 19. Luc. 3.

**IN II. NOCTURNO.**

*Ant. 1. D.* In diébus ejus prosperatum est, ut tollerentur gentes de régione. 1. Mach. 14.

*Ant. 7. d.* Subvertit altaria peregrini cultūs; confrégit statuas, & absulit aras & fana. 2. Paral. 14.

*Ant. 3. a.* Cùm altaria dissipasset, & sculptilia contrivisset, fecit omnes servire Deo suo. 2. Paral. 34.

¶ Annuntiavi, & locutus sum: ¶ Multipliati sunt super númerum. Ps. 39.

*Lectio iv.*

*Ex S. Hieron. S. Paulino. Nol. Bolland. Hist. Occit. &c.*

**E**xupérius, natus, ut fertur, in valle Aura apud Convenas, post óbitum sancti Sylvii ad Tolosanam sedem, universo plaudente clero & populo, evec-

*In Festo S. Exuperii, Episcopi.*

tus est. Eâ fuit doctrinâ, morum sanctitâ, ac præcipue caritatâ in páuperes; ut inter Gallicanos tunc temporum Præfules primus recenseretur. Ille est quem sanctus Paulinus Nolanus Episcopus dignum Deo Sacerdotem nuncupat, ac tot inter sui séculi mala & discrimina dignissimum fidei religionisque custódem agnoscit. Illum adhuc viventem beatus Hierónymus Sanctum & Divum appellat: ejus se précibus tanquam efficacissimis apud Deum se commendat; eumque Rústico Mónacho tanquam virtutum ómnium exemplar, ac Fúriæ víduæ tanquam sapientissimum in via salutis monitorem & ducem propónit. Quàm præcláre, quam sancte munus Episcopale obíerit, máximo est in argumento, ipsius cum sanctissimis viris qui tunc in Gállia & in aliis orbis pártibus florébant, arcta amicitiæ conjunctio & familiáritas. Præcipios inter amicos hábuit sanctum Innocéntium Summum Pontifi-

cem; ac, præter sanctum Paulinum Episcopum Nolánum, sanctos Delphínus & Amandus Burdigalenses Antistites. Sibi devinetti adhuc fuére, cum sancto Hierónymo, solitúdinem Palestinæ & Thébáidis sancti ícolæ.

**P.** Elégit Sacerdótes sine mácula, voluntátem habentes in lege Dei; & mundavérunt Sancta, \* Et aversum est opprobrium.

**V.** Ejiciébat omnes vendentes & ementes in Templo, & mensas nummulariórum & cáthedras vendéntium columbas evertit: \* Et aversum est. **I.** Mach. 4. Matth. 21.

*Letio v.*

**I**Ndefessa & inexplébilis Exupérii cáritas máxime commendátur à sancto Hierónymo. Exhaustis enim in páuperes propriis pecúniis, vasa sacra ad eorum sublevandam egéstatem véndidit: majóris aestimans ea quæ à Christo viva Spiritui sancto dedicata sunt templa, quàm ea quæ manufacta. Tantæ ejus liberalitati angusta visa est sua dioecésis, angustæ visæ sunt Gálliæ.

Misso ergo in Orientem Sisinnio Mönacho cum ingenti pecúnia, Palæstinae Solitariis subsídia ad vitam ministravit; & deinde Ägyptiis idem munus explévit. Magnâ enim celeritâ festinavit conferre in Sanctos, quod auferrent Bárbari, nisi ante cavéret. Prænöverat vir Spíritu sancto plenus próximè ventúrum Gáliliæ excídium, dedendamque post suam mortem Bárbaris Tolósam, quam ab ipsis, uti testatur sanctus Hierónymus, vivus liberáverat. Fidei ac disciplinæ Ecclesiasticæ vigilantissimus defensor, novâ emergente Vigilántii hæresi, una cum sancto Viétricio Rothomagensi Epíscopo, ad Summum Pontificem sanctum Inno-centium recurrit: qui suâ ad Exupérium epistolâ, & quæ ad Deum pertainent, & qui in sacrárum scripturárum catálogo admittendi & rejiciendi sunt libri, decretivit.

R. Dedit illis legem, ne obliviscerentur præcepta Dómini, & ut non exerrarent méntibus; \* Et

hortabátur ne legem amo-vérent à corde suo. v. Hortabátur omnes in pro-pósito cordis permanére in Dómino; \* Et hortabá-tur. 2. Mach. 2. At. 11.

*Lectione vj.*

**S**Ecundiōribus tempó-ribus vir ille (ut refert Autor additionum ad Acta passiōnis sancti Saturníni) absque ullius Prædecessórum injúria, absque ullius qui tunc tém-poris Ecclésias régere vi-debantur invídia, non so-lum nulli secundus, verum etiam ipsis beato Mártiri virtútum méritis comparandus, Basílicam quam Decessor sanctus Sylvius in honorem dicti Mártiris inchoáverat, instantissimè consummávit, ac feliciter dedicávit. Cujus cùm sacros cíneres reverentiae causâ movére non audéret, cœlo tamen re-velante confirmátus, ejus Relíquias in eamdem Ba-sílicam tránsfult. Fertur etiam celeberrimum Tolósae Minervæ templum à spurcitiis idololatriæ ab ipso purgátum, sub beatae Mariæ Dei genitricis nōmine dedicasse. Tan-

*In Feso S. Exuperii, Episcopi.*

9

dem méritis plenus, Blagnáci non longè ab urbe Tolósâ obdormívit in Dómino, anno círciter quadringentésimo décimo-sexto. Cujus corpus, ibi primò sepultum, deinde in Tolosánam sancti Saturníni Basílicam deportátum, honorificentióri túmulo recónditum est.

¶. Pergébat ad omnes, & mórita salútis dabat eis, & consolabátur eos: \* Esurientes alébat, nudisque vestimenta præbébat. ¶. Erat timens Deum, fáciens eleemósynas multas plebi: \* Esurientes. Glória Patri. Repetitur ¶. Pergébat. usquè ad ¶. Tob. 1. Att. 10.

*IN III. NOCTURNO.*

*Ant. 8. G.* Sápiens libéravit urbem per sapientiam suam. *Eccles. 9.*

*Ant. 5. a.* Præcépit ut die ac nocte Dóminum invocárent, quò adjuváret eos. *2. Mach. 13.*

*Ant. 1. f.* In témpore iracundiæ factus est reconciliatio; ídeò dimisum est réliquum terræ, dùm factum est diluvium. *Eccli. 44.*

¶. Stetit, & placávit, & cessávit quassatio; ¶. Et reputátum est ei in justitiā. *Ps. 105.*

Léctio sancti Evangélii secundum Matthæum.

*Lectione vij. Cap. 6.*

**I**N illo témpore; Dixit Iesus discípulis suis: Nolite thesaurizáre vobis thesauros in terra. Et réliquia.

Homilia sancti Hierónymi Presbyteri.

*Ex Prolog. in Zachar. Prophet. ad Exuperium, Tolosanum Episcopum.*

**U**ltimo jam autumni témpore frater noster, filius tuus Sisinnius Mónachus, tuæ mihi dignatiónis epistolam reddidit: quâ lectâ, gavisus sum te esse sōspitatem, & mémorem mei omniumque fratrum qui in sanctis locis Dámino sérviant, in quorum refrigériis facis tibi amicos de iníquo mammóna, & præparas æterna tabernacula, ut possis cum David dicere: Quàm dilecta tabernacula tua, Dómine virtutum! concupiscit & déficit ánima mea.

in átria Dómini. Si enim passer invénit sibi domum, & turtur nidum ubi ponat pullos suos; cur tu, qui Pónifex Dómini es, & calcas in fine mundi torculária, ut si-tiéntibus póulis sanguinis Christi vinum tríbuas, non liberè proclamábis ac dices: Cor meum & caro mea exultávit in Deum vivum: beáti qui hábitant in domo tua!

R. Mémores estóte servi Dómini, qui \* Con-fidentem hostem in po-téntia sua & in exércitu suo, non ferro pugnando, sed précibus sanctis oran-do, dejécit. ¶ Jam abláta erat spes omnis salútis. Tunc dixit: Suádeo vo-bis bono ánimo esse; amíssio enim nullius áni-mæ erit ex vobis. \* Con-fidentem, *Judith 4. Act.*

27.

*Lectio viij.*

**A**udio te in valle la-crymárum, in loco quem Deus pósuit ad cer-támen ut vincéntibus corónam daret, ascensiōnes in corde tuo dispónere, & ire de virtúte in vir-tútem; & imitári Dómi-

ni paupertátem, ut cum illo dives fias, & in te reclinet caput, & per singulos dies suscipiátur, visitétur, alátur, vestiá-tur; & præcipue in sanctárum Scripturárum lec-tiōne fervére. Cùmque tibi cúperem ingeniolí mei áliquod offerre munísculum, & copta in duódecim Prophétas ex-planátio perveníret ad calcem, suscep-tum opus desérere nólui; sed quod & absque te dictatúrus eram, tuo potissimum nómini consecrávi. Tuæ be-nevoléntiæ erit, non eru-ditiōnem nostram, quæ vel nulla vel parva est, sed pronam in te suscipe-re voluntátem; ut nos ad cétera próvoce-s, & in longo Scripturárum campo currere cohortéris. Si qui autem sunt quibus interpretatiōnem & horum & aliórum volúminum antè promisi, ignoscant incredibili in te amóri meo; & quid-quit tibi scrispi, sibi scrip-tum arbitrentur.

R. Vidi captivitátem pópuli, filiorum meórum & filiarum, quam super-

duxit illis Aeternus : \* Nutrivi illos cum jucunditate. ¶ Venit fames in universam Aegyptum & Chanaan , & tribulatio magna ; & non inveniebant cibos : \* Nutrivi.  
*Baruch 4. Act. 7.*

*Lectio ix.*

*Ex Prolog. in Lib. 2. & 3.*

**F**acti dimidium habet , qui benè coepit : quanto magis nos qui tertiam partem jam confecimus viæ , eodem debemus in reliquis labore sudare ; ne perdamus praeterita , & imperfectum opus augeat lectoris desiderium. Itaque , mi Exuperi , Papa venerabilis , adesto praesens orationibus , qui corpore absens es. Frater Sisinnius Aegyptum ire festinat ; ut odorem bonæ fragrantiae qui à te missus est fratribus , illuc quoque perferat ; & ne quaquam Aethiopiaz flumine , sed Galliarum largissimis aquis rigentur arva sitiencia. Rudes igitur , non mea culpâ , sed studio portitoris suscipe libros ; dum ipse tua festinat sanctis æra dividere , & nos non patitur nos-

tra tibi æra numerare.

R. Benedictio peritura super me veniebat , & corvidux consolatus sum : \* Oculus fui cæco , & pes claudio ; pater eram pauperum. ¶ Factus sum infirmis infirmus ; omnibus omnia factus sum , ut omnes facerem salvos : \* Oculus. Gloria Patri. Repetitur R. Benedictio usque ad ¶ Job 29. 1. Cor. 9.

*Te Deum.*

¶. Sacerd. Pavit eos in innocentia cordis sui ; R. Et in intellectibus manuum suarum deduxit eos.  
*Ps. 77.*

**AD LAUDES.**

*Psalmi de Dominica.*

*Ant.* **V**ir amator civitatis , & benè audiens , pro affectu pater appellabatur. *2. Mach.* 14.

*Ant.* **4. E.** Curavit gentem suam , & liberavit eam à perditione ; & adeptus est gloriam in conversatione gentis. *Ecli. 50.*

*Ant.* **7. a.** Templi altitudo ab ipso fundata est , duplex ædificatio , & excelsi parietes templi. *Ecli. 50.*

*Ant. 2. D. Quæsivit.***CANTICUM.** *Eccli. 45.**Sacerdos Deo fidelis laudatur.*

**S**Tátuit ei Dóminus tef-  
tamentum æternum ,  
& dedit illi sacerdótium  
gentis , \* & beatificávit  
illum in glória.

Et circumduxit eum  
zonā gloriæ , & induit  
eum stolam gloriæ , \* &  
coronávit eum in vasis  
virtutis.

Coróna áurea super  
mitram ejus , expressa  
signo sanctitatis & gloriæ  
honoris ; \* opus virtutis ,  
& desideria oculorum or-  
náta.

Factum est illi in tef-  
tamentum æternum , fungi  
sacerdótio & habére  
laudem ; \* & glorificare  
pópulum suum in nōmine  
ejus.

Ipsum éligit ab omni  
vivente offerre sacrificium  
Deo , incensum & bonum  
odórem , \* in memóriam  
placare pro pópulo suo.

Et dedit illi in præcep-  
tis suis potestátem docére  
Jacob testimónia , \* & in  
lege sua lucem dare If-  
raél.

*Ant. Quæsivit bona*

genti suæ ; civitáibus tri-  
buébat alimónia , sancta  
glorificávit , & multipli-  
cavit vasa sanctórum . I.  
*Mach. 14.*

*Ant. 6. F. Eleemosy-  
nas illius enarrábit omnis  
Ecclésia Sanctórum . Ec-  
cli. 31.*

**CAPITULUM. 2. Cor. 12.**

**N**ON quæro quæ ves-  
tra sunt , sed vos ;  
nec enim debent filii pa-  
réntibus thesaurizare , sed  
parentes filiis : ego autem  
libentíssimè impendam ,  
& superimpendar ipse pro  
animábus vestris .

**H Y M N U S.**  
**T**E pium dicam , sce-  
lerisque purum ;  
Te canam fortē grege  
pro tuendo ,  
Cuilibet promptum mí-  
fero benignam  
Téndere dextram .

DUM fames multas popu-  
latur urbes ,  
Tristis & vexat pópu-  
los egestas ;  
Cáritas fundo meliore  
dives  
Pascit egéños .

**PAUPERI** per te nova ga-  
za crevit :  
Nil tibi servas , tu  
sublevandæ ,

Sit

*In Feste S. Exuperii, Episcopi.*

13

Sit licet vilis pretio,  
sappellex

Véndita plebi.

SE bonis postquam spoliavit ultrò,

Mox Dei sacras spoliavit aras:

Nudus in terris Deus induendus,

Pauper alendus.

VASA templorum benè fregit audax:

Quod manus fabri studiosa cudit,

Cáritas rumpit: meliore flammâ

Sponte liquecunt.

IN Dei cultum sacra templa ponit,

Quot sitū lapſae, réparat tot aras;

Fundat & cunctis patefacta morbis

Hóspita tuta.

ALTER ut Moses, prece fretus unā,

Arcet à muris inimica castra:

Ecquis obſeffas tueátur arces,

Si Deus absit?

LUMINIS splendor, Patris una proles,

Christe, te pronus veneretur orbis,

Qui Sacerdótes per Amoris almi

Pars Autumnalis.

Flamen inungis.

Amen.

v. Beatus qui intellegit super egenum & pauorem; R. In die mala liberabit eum Dominus.  
*Ps. 40.*

*Ad Benedictus.*

*Ant. 3. E. duplicanda:*  
Flebam super eo qui afflatus erat, & compatiebatur anima mea pauperi, quia ab infanthia mea crevit mecum miseratio. *Job 30.*

*Oratio.*

Domine Iesu Christe, qui cum dives es, propter nos egenus factus es, ut tuā inopiam dites effememus: concéde propitiis, ut eximiim imitatoris tui Exupérii Pontificis vestigiis inhærentes, contemptis fallacibus mundi divitiis, consequamur æternas; Qui vivis & regnas, &c.

*AD HORAS,*

*Doxologia.*

SUPREME, Christe,  
Pontifex,  
Jugis tibi sit glória,  
Cum Patre cumque Spīritu,  
In sempiterna sécula.  
Amen.

B

14 *In Festo S. Exuperii, Episcopi.*

*Psalmi de Dominica.*

**A D P R I M A M.**

*Ant. 1. a. Vir.*

*In R. br. ¶ Qui es  
Pontifex \* confessio[n]is  
nostrae. Hebr. 3.*

*C A N O N .*

*Ex sancto Hieronymo.*

*Epist. 95. ad Rustic. Mo-  
nach. script. ann. 412.  
vel 413.*

**S**ancti Exupérii sc̄tare  
vestigia, & ceterorum  
qui virtutum illius similes  
sunt, quos Sacerdotium  
& humiliores facit & páu-  
peres. Tu autem, Dómi-  
ne, miserere nostri.

*R. Deo grárias.*

**A D T E R T I A M.**

*Ant. 4. E. Curávit.*

**CAPITULUM. 2. Cor. 1.**

**G**loria nostra hæc est,  
testimoniūm con-  
sciéntiae nostræ, quod in  
simplicitate cordis, & sin-  
ceritate Dei, & non in  
sapiēntia carnali, sed in  
gratia Dei conversati su-  
mus in hoc mundo; abun-  
dantiūs autem ad vos.

*R. br. Venite, filii;*

\* Audite me, \* Alleluia,  
alleluia. Venite. ¶ Ti-  
mōrem Dómini \* docēbo  
vos, \* Alleluia. Glória.  
Venite. *Pf. 33.*

**¶. Constitutus sum a  
Deo super Sion montem  
sanctum ejus, R. Prædi-  
cans præceptum ejus. Pf.  
2.**

**A D S E X T A M.**

*Ant. 7. a. Templi alti-  
tudo.*

**CAPITULUM. 2. Paral. 7.**

**A**pparuit ei Dóminus,  
& ait: Audivi ora-  
tionem tuam, & elegi  
locum istum mihi in do-  
mum sacrificii; oculi quo-  
que mei erunt aperti &  
aures meæ erectæ ad ora-  
tionem ejus qui in loco  
isto oráverit.

*R. br. Dómine, dile-  
xi \* Decorem domus tuæ,  
\* Alleluia, alleluia. Dó-  
mine. ¶ Et locum habi-  
tationis \* gloriæ tuæ,  
\* Alleluia. Glória. Dómi-  
ne. Pf. 25.*

*¶. Altaria tua, Dómi-  
ne virtutum, R. Rex  
meus, & Deus meus. Pf.  
83.*

**A D N O N A M.**

*Ant. 6. F. Eleemosy-  
nas.*

**CAPITULUM. 2. Cor. 9.**

**Q**ui séminat in bene-  
dictiōnibus, de bene-  
dictiōnibus & metet. Unus-  
quisque prout destinavit

in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate: hilarem enim datorem dilit Deus.

R. br. Dispersit, \* Dedit pauperibus, \* Alleluia, alleluia. Dispersit.

V. Justitia ejus \* manet in seculum seculi, \* Alleluia. Gloria. Dispersit.

V. Jucundus homo qui miseretur & commodat: R. In aeternum non commovabitur. Ps. 111.

## AD II. VESPERAS.

Ant. 3. a. Vir Dei es tu.

### PSALMUS 109.

*Christi divinitas, regnum, & sacerdotium.*

**D**Ixit Dominus Dominus meo : \* Sede a dextris meis.

Donec ponam inimicos tuos, \* scabellum pedum tuorum.

Virgam virtutis tuae emittet Dominus ex Sion : \* dominare in medio inimicorum tuorum.

Tecum principium in die virtutis tuae in splendoribus sanctorum : \* ex utero ante luciferum genui te.

Juravit Dominus, &

non poenitebit eum: \* Tu es Sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech.

Dominus a dextris tuis: \* confrigit in die irae suae reges.

Judicabit in nationibus; implabit ruinas : \* conquassabit capita in terra multorum.

De torrente in via bibet: \* propterea exaltabit caput.

Ant. Vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum est. 3. Reg.

17.

Ant. 4. E. Cadat.

### PSALMUS 111.

*Christi & omnium in Christo justorum encomium.*

**B**eatus vir qui timet Dominum, \* in mandatis ejus volet nimis.

Potens in terra erit semen ejus : \* generatio rectorum benedicetur.

Gloria & divitiae in domo ejus; \* & justitia ejus manet in seculum seculi.

Exortum est in tenebris lumen rectis; \* misericors, & miserator, & justus.

Bij.

36      *In Fefto S. Exuperii, Episcopi.*

Jucundus homo , qui tri \* in átriis tuis , Jerúsa-  
miserétur & cōmodat , lem.  
dispónet sermónes suos in  
judício ; \* quia in æter-  
num non commovébitur.

In memória æterna erit  
justus : \* ab auditóne ma-  
la non timébit.

Parátum cor ejus spe-  
ráre in Dómino , confir-  
mátum est cor ejus : \* non  
commovébitur , donec  
despiciat inimícos suos.

Dispersit , dedit pau-  
péribus ; \* justitia ejus  
manet in séculum séculi :  
cornu ejus exaltábitur in  
glória.

Peccátor vidébit , &  
irascétur ; déntibus suis  
fremet , & tabescet : \*  
desidérium peccatórum  
períbit.

*Ant.* Cadat orálio nos-  
tra in conspectu tuo ; &  
ora pro nobis ad Dómi-  
num Deum nostrum. *Je-*  
*rem.* 42.

*Ant. 5. C.* Ne cesses.

**P**SALMUS 121.

*Justus , propter fratres  
& proximos suos , pacem  
quarit.*

**L**Ætátus sum in his quæ  
dicta sunt mihi : \* In  
domum Dómini ibimus.

Stantes erant pedes nos-

tri \* in átriis tuis , Jerúsa-  
lem.  
Jerúalem quæ aedificá-  
tur ut cívitas , \* cuius par-  
ticipatio ejus in idipsum.

Illùc enim ascendérunt  
tribus , tribus Dómini ; \*  
testimónium Israél , ad  
confitendum nómini Dó-  
mini.

Quia illíc sedérunt se-  
des in judício , \* sedes  
super domum David.

Rogáte quæ ad pacem  
sunt Jerúalem , \* & abun-  
dántia diligéntibus te.

Fiat pax in virtúte tua , \*  
& abundántia in túrribus  
tuis.

Propter fratres meos &  
próximos meos , \* loqué-  
bar pacem de te.

Propter domum Dó-  
mini Dei nostri , \* quæ-  
sívi bona tibi.

*Ant.* Ne cesses pro no-  
bis clamáre ad Dóminum  
Deum nostrum , ut salvet  
nos. *1. Reg.* 7.

*Ant. 6. F.* Tu es.

**P**SALMUS 126.

*Vani labores hominum  
quibus Deus non opitula-  
tur.*

**N**isi Dóminus aedi-  
fáverit domum , \*  
in vanum laboravérunt

qui ædificant eam.

Nisi Dóminus custo-  
dierit civitátem , \* fruстрà  
vigilat qui custódit eam.

Vanum est vobis ante  
lucem súrgere : \* súrgi-  
te , postquam sedéritis ,  
qui manducátis panem  
dolóris.

Cùm déderit dilectis  
suis somnum : \* ecce hæ-  
réditas Dómini , filii ;  
merces , fructus ventris.

Sicut sagittæ in manu  
potentis , \* ita filii excus-  
fórum.

Beátus vir qui implévit  
desidérium suum ex ip-  
fis ; \* non confundétur ,  
cùm loquétur inimícis suis  
in porta.

*Ant.* Tu es dux noster:  
pugna prælium nostrum ;  
& ómnia quæcumque di-  
xeris nobis , faciémus. *i.*

*Mach.* 13.

*Ant.* 8. *G.* Ne rétra-  
has.

**P S A L M U S 131.**

Ecclesiā suā elegit  
Deus , hanc per Chriſ-  
tum inhabitaturus in per-  
petuum.

**M**emento , Dómine ,  
David , \* & om-  
nis manfuetúdinis ejus.

Sicut jurávit Dómino , \*

votum vovit Deo Jacob :

Si introíero in taberná-  
culum domús meæ , \* si  
ascéndero in lectum strati  
mei :

Si dédero somnum ócu-  
lis meis , & pálpebris meis  
dormitatióne , \* & ré-  
quiem tempóribus meis ,

Donec invéniam lo-  
cum Dómino , \* taberná-  
culum Deo Jacob.

Ecce audivimus eam  
in Ephráta : \* invénimus  
eam in campis sylvæ.

Introíbimus in taber-  
náculum ejus , \* adorá-  
bimus in loco ubi steté-  
runt pedes ejus.

Surge , Dómine , in  
réquiem tuam ; tu & arca  
sanctificationis tuæ.

Sacerdótes tui induan-  
tur justitiā ; \* & sancti  
tui exultent.

Propter David servum  
tuum , \* non avertas fá-  
ciem Christi tui.

Jurávit Dóminus Da-  
vid veritátem , & non  
frustrábitur eam : \* De  
fructu ventris tui ponam  
super sedem tuam.

Si custodierint filii tui  
testamentum meum , \* &  
testimónia mea hæc quæ-  
docébo eos.

Et filii eorum usque  
in séculum \* sedébunt su-  
per sedem tuam.

Quóniam élégit Dó-  
minus Sion : \* élégit eam  
in habitatióne sibi.

Hæc réquies mea in  
séculum séculi : \* hic ha-  
bitábo , quóniam élégi  
eam.

Víduam ejus benedí-  
cens benedicam : \* páu-  
peres ejus saturábo pá-  
nibus.

Sacerdótes ejus índuam  
salutári ; \* & sancti  
ejus exultatióne exultá-  
bunt.

Illuc prodúcam cornu  
David : \* parávi lucer-  
nam Christo meo.

Inimicos ejus índuam  
confusióne ; \* super ip-  
sum autem efflorébit sanc-  
tificatióne mea.

*Ant.* Ne rétralias ma-  
nus tuas ab auxilio servó-  
rum tuórum : libera nos ,  
ferque præsidium. *Josue*  
*10.*

**CAPITULUM.** 4. *Reg. 19.*

**H**Æc dicit Dóminus :  
Prótegam urbem  
hanc , & salvábo eam  
propter me & propter  
servum meum.

Alleluia , alleluia. v.

Hic est fratrum amátor  
& pópuli : hic est qui  
multùm orat pro pópulo  
& universa civitáte. Al-  
leluia. 2. *Mach. 15.*

### H Y M N U S.

**Q**UANTUS est , cujus  
véniens ad aras  
Déxterum sentit sibi  
quisque Numen ,  
Et domum semper re-  
dit impetráto  
Múnere latus !

**O**MNIS huc sexus , vo-  
lat omnis ætas ;  
Sacra Pastórís venerá-  
tur ossa.

Turba languentum ,  
properáte : præstat  
Ille salútem.

**H**ÆC tuas dicent sine fine  
laudes ,

Quæ tuos , Præful ,  
cineres recondunt  
Templa , quos servat  
cinis hic sepultos.  
Súscitet ignes.

**H**IC genuflexos quot ha-  
bes clientes !

Quot tibi dulces reci-  
nuntur hymni !

**H**IC tuum nomen so-  
nat , omniumque  
Vivit in ore.

**Q**UÆ fuit vivo tibi cura ,  
Præful ,  
Hanc , licet vectus

super astra, serves ;  
Et tuam, nostrae bone  
tutor urbis,

Réspice gentem.

LUMINIS splendor, Pa-  
tris una proles,  
Christe, te pronus ve-  
neretur orbis,  
Qui Sacerdotes per  
Amoris almi  
Flamen inungis.  
Amen.

℣. Protector noster,  
aspice, Deus; ℟. Et rés-  
pice in faciem Christi tui.  
*Ps. 83.*

*Ad Magnificat.*

*Ant. J. duplicanda.*  
Réspice ad orationem  
servi tui, & ad preces  
ejus, Dómine Deus: au-  
di orationem quam orat  
coram te hodiè, & often-  
de servis tuis viam bo-  
nam per quam ámbulent.

*3. Reg. 8.*

*Oratio, ut suprà ad  
Laudes.*

*Fit Commem. sequentis  
Festi S. Michælis Ar-  
changeli & Omnium An-  
gelorum.*

*Ant. Quis pósuit men-  
suras terræ? vel quis te-  
tendit super eam lineam,  
cùm me laudarent simul  
astra matutina, & jubilá-*

rent omnes filii Dei? *Job.*  
38.

℣. Laudáte Dóminum  
in virtútibus ejus: ℟. Lau-  
dáte eum secundùm mul-  
titúdinem magnitúdinis  
ejus. *Ps. 150.*

Orémus.

**D**eus, qui miro órdine  
Angelórum ministé-  
ria hominumque dispen-  
fas; concéde propítius,  
ut à quibus tibi minif-  
trántibus in cœlo semper  
assístitur, ab his in terra  
vita nostra muniátur: Per  
Dóminum nostrum.

**AD COMPLETOR.**

*Psalmi de Dominica.*

*Ant. 2. D. Cùm effú-  
deris esurienti ániam  
tuam, & ániam afflic-  
tam repléveris, oriétur  
in tenebris lux tua. Is.  
58.*

*In fine Hymni Doxo-  
logia, Suprême, Christe,  
Póntifex. ut suprà ad  
Horas. Capitulum de Do-  
minica.*

*Ad Nunc dimittis.*

*Ant. 5. a. Frange esu-  
rienti panem tuum, &  
egénos, vagosque induc  
in domum tuam: & ré-  
quiem tibi dabit Dómi-  
nus. Is. 58.*

**DOMINICA****AD OFFIC. NOCT.****INTRA OCTAVAM.**

*Totum Officium (nisi fieri debeat de Duplici-majori aut suprà) fit de Dominica, ut in Psalterio; incipiendo à I. Vespereis, quæ erunt integræ de Sabbatho ante Dominicam occurrentem, cum Commemoratione S. Exuperii, in utrisque Vesperis & Laudibus.*

**DIEBUS****INTRA OCTAVAM.**

*Officium fit de Sanctis occurrentibus, cum Commemoratione Ottava in utrisque Vesperis & Laudibus.*

**DIE V. OCTOBRIS.***OCTAVA***SANCTI EXUPERII,**  
Tolosani Episcopi.*Duplex-minus.*

*Pridie AD VESPERAS, omnia ut in I. Vesperis Festi, omisso R. ante Hymnum. Non duplicatur Ant. ad Magnificat.*

*Fit Commem. S. Francisci Assasinatis. Ant. Scimus. V. Plantati. in Communi Cœnobitarum. Oratio propria in Breviariorum.*

*Omnia ut in die, exceptis quæ sequuntur. Psalmi de Feria, & sic in reliquo Officio.*

*Demitur ritus solemnis in ultimo R. cujusque Nocturni.*

**IN I. NOCT.** Lectio-nes de Scriptura occur-rente.

**IN II. NOCTURNO.** De Epistola sancti Hieró-

nymi Presbyteri, ad Rústicum Mónachum.

*Epist. 95. Lectio iv.*

**S**anctus Exupérius Tolosæ Episcopus, viduae Sareptensis imitator, esuriens pascit álios; & ore pallente jejuniis, fame torquéatur alienâ: omnemque substântiam Christi viscéribus errogávit. Nihil illo dítius, qui corpus Dómini canistro vimíneo, sanguinem ejus portat in vitro; qui avaritiam ejécit de Templo; qui absque funiculo & increpatione, cathedras vendéntium columbas, id est, dona sancti Spíritûs, mensasque subvertit mammónæ, & nummulariorum æra dispersit: ut dominus Dei vocétur domus

oratiōnis, & non latrōnum spelunca. Hujus è vicino sectare vestigia, & ceterorum qui virtutum illius similes sunt, quos Sacerdotium & humiliores facit & páuperes.

De ejusdem Epistola ad Agerúchiam víduam.

*Epiſt. 92. Lectio v.*

**Q**UOD rari huc usquè residémus, non neftri mériti, sed Dómini misericordiæ est. Innumerabiles & ferocissimæ natiōnes, universas Gállicas occuparunt. Quidquid inter Alpes & Pyrenæum est, quod Océano & Rheno includitur, vastarunt. Aquitaniæ, Novemque populorum, Lugdunensis, & Narbonensis provinciæ, præter paucas urbes, populata sunt cuncta. Quas & ipsas foris gladius, intus vastat famæ. Non possum absque lâcrys mis Tolosæ facere mentionem, quæ ut huc usquè non rueret, sancti Episcopi Exupérii mérita præstiterunt. Cetera taceo, ne videar de Dei desperare clementia.

De ejusdem Epistola ad Fúriam víduam.

*Epiſt. 47. Lectio vij.*

**P**Ost Scripturas sanctas, doctórum hóminum tractatus lege; eorum duntaxat quorum fides nota est. Non necesse habes aurum in luto querere; multis margaritis unam redime margaritam. Sta, juxtâ Jermiam, in viis pluriib⁹, ut ad illam viam, quæ ad Patrem dicit, pervénias. Habes sanctum Exupérium, probatæ ætatis & fidei, qui te monitis suis frequenter instituat. Fac tibi amicos de iniquo mammóna, qui te recipiant in æterna tabernacula. Intellige super egénum & páuperem. Omni pententi te, da; sed máxime domésticis fidei: nudum vesti, esurientem ciba, ægrotantem visita.

*IN III. NOCTURNO.*

Lectio sancti Evangélii secundum Matthæum.

*Lectio viij. Cap. 6.*

**I**N illo tempore, Dixit Jesus discipulis suis: Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra. Et reliqua.

*Homilia sancti Augustini  
Episcopi.*

*Serm. 60. de verb. Evang.  
Matth. alias de Temp.*

*50. n. 7.*

**N**olite vobis condere thesaurum in terra, sive experti quomodo pereat quod in terra recunditur, sive non experti, sed & vos saltem metuentes experiri. Quem non corrigit verba, corrigit experimenta. Non surgitur, non proceditur, nisi ut unâ voce dicatur ab omnibus: Vae nobis, ruit mundus. Si ruit, quare non migras? Si tibi architectus diceret ruituram domum tuam, nonne prius migrares quam murmurares? Structor mundi dicit tibi ruiturum mundum, & non credis? Audi vocem prædicentis, audi consilium communitatis. Vox prædicentis est, Et cœlum & terra transibunt. Vox communitatis est, Nolite vobis condere thesaurum in terra. Ergo si creditis Deo prædicenti, si non contémnitis commonentem, fiat quod dicit. Non enim

ille te fallit, qui tale consilium dedit. Non perdes quod dedisti, sed sequeris quod misisti. Consilium ergo do: Da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo. Non sine thesauro remanébis: sed quod habes in terra sollicitus, habebis in cœlo securus.

*n. 10. Lectio viij.*

**S**criptum est: Sicut aqua extinguit ignem, sic eleemosyna extinguit peccatum. Item scriptum est: Include eleemosynam in corde páuperis, & ipsa pro te deprecabitur Dóminum. Item scriptum est: Consilium meum audi, rex, & peccata tua eleemosynis rédime. Et alia multa sunt divini eloquii documenta, quibus ostenditur multum valere eleemosynam ad extinguenda & delenda peccata. Proinde illis quos damnaturus est, immò plus illis quos coronaturus est, solas eleemosynas imputabit, tanquam dicens: Difficile est ut, si exáminem vos & appendam vos, & scruter diligen-tissimè facta vestra, non

invéniam undē vos dā-  
nem : sed ite in regnum ;  
esurívi enim , & dedistis  
mihi manducáre. Non er-  
gō itis in regnum quia non  
peccastis , sed quia vef-  
tra peccáta eleémósynis  
redemistis.

n. 11. *Lectio ix.*

**D**Ate panem terré-  
num , & pulsáte ad  
cœlestem. Dóminus pa-  
nis est : Ego sum panis ,  
inquit , vitæ. Quómodò  
dabit tibi , qui non das  
egenti ? Eget ad te alter ,  
eges ad álerum ; & cùm  
eges ad álerum , & eget  
ad te alter , ille ad egen-  
tem eget. Nam ad quem  
tu eges , nullius eget :  
ídeò verus est Dóminus.  
Dixi Dómino : Deus meus  
es tu , quóniam bonórum  
meórum non eges. Cùm  
ergò sit Dóminus , & ve-  
rus Dóminus , & bonó-  
rum nostrórum non égeat ;  
tamen , ut áliquid étiam  
ergà illum facerémus ,  
esurire dignátus est in  
paupéribus suis. Esurívi ,  
inquit , & dedistis mihi  
manducáre. Dómine ,  
quandò te vídimus esu-  
rientem ? Cùm uni ex  
mínimis meis fecistis ,  
mihi fecistis. Bréviter er-

gò áudiant hómines , dig-  
néque considerent , quan-  
tum sit méritum , Chris-  
tum pavisse esurientem ;  
& quale sit crimen , Chris-  
tum contempñisse esurien-  
tem.

*AD LAUD.* non dupli-  
catur Ant. ad Benedictus.

*AD HORAS* , demit-  
tur Allelúia. in RRR.  
brevibus.

*AD VESP.* non dici-  
tur *V. alleluiaiticus* , nec  
duplicatur Ant. ad Mag-  
níficat.

*Fit Commem. S. Bru-  
nonis , Monachi. Ant. Re-  
liquisti. V. In umbra. in  
Communi. Oratio propria.*

**DIE XVII. OCTOBRI.**

*In Feste*  
**SS. PUELLARUM;**  
Quæ corpus S. Saturnini  
sepulturæ mandârunt.

*Semiduplex.*  
*Pridiè , VESPERÆ*  
de sancto Bertrando ,  
Convenar. Episcopo , à  
Capitulo de sanctis Puel-  
lis , ut sequitur.

**C**APITULUM. Ephes. 6.  
**C**onfortámini in Dó-  
mino , & in poténtia  
virtútis ejus : induíte vos  
armatúram Dei , ut pos-  
sitis stare adversus insídias  
diáboli.

H Y M N U S.

**A**DESTE vos, ô Cœlites;  
Adeste, mortales, simul:  
En grande vobis féminæ  
Præbet fides spectaculum.

QUAM fert Saturninus  
fidem,  
Gens obstinata résput;

Verique præcónem Dei

Dís immolat mendacibus.

DUM grex timore pér-

citus,

Pastore percusso, fugit;

Sacrum cadaver impiæ

Gentis jacet ludibrium.

SEXU suo jam fôrtior,

Invicta surgit fémina:

Non hæc profano próteri

Sinet Saturninum pede.

HERÆ fidélis æmula,

Ancilla cœpto dat manus:

Audacter ambæ Mártiris

Dispersa membra colli-

gunt.

NIL plebis infanæ furor,

Pericla nil mentem mo-

vent;

Nec caritatis ímpetum

Mors ipsa tardat immi-

nens.

EREPTA sœviéntibus

Lupis verenda pignora,

Seclis colenda pósteris

Humo sub effossa tegunt.

Qui débilem sexum,

Deus,

Virtute róboras tuâ,  
Tibi per omne séculum  
Sit summa laus, summum  
decus. Amen.

¶. Dómine, ut scuto  
voluntatis tuæ, R. Coro-  
nasti nos. Ps. 8.

*Ad Magnificat.*

Ant. 8. G. Spíritus ad-  
juvat infirmitátem nos-  
tram: si Deus pro nobis:  
quis contrà nos? Rom. 8.

*Oratio*, Deus, qui  
sanctas Puellas. *infrà ad*  
*Laudes.*

*Fit Commem. S. Ber-*  
*trandi.*

Ant. Sacerdótes tui in-  
duantur salútem: Dómi-  
ne Deus, ne avérteris  
fáciem Christi tui: me-  
mento misericordiárum  
servi tui. 2. *Paral.* 6.

¶. Salvum fecit Dó-  
minus Christum suum:  
R. Exaudiens illum de  
cœlo sancto suo. Ps. 19.

*Orémus.*

E Cclésiam tuam, Dó-  
mine, sancti Bertran-  
di Pontificis continuâ pro-  
tectione custodi; ut sicut  
illum pastorális sollicitudo  
gloriósum reddidit, ita  
nos ejus intercéssio in tuo  
semper fáciat amore fer-  
entes: Per Christum.

*Deinde*

*Deinde S. Gauderici, Agricola.*

*Ant.* Qui confidunt in Dómino, intellégent veritátem, & fidéles in dilectione acquiescent illi; quóniam donum & pax est electis ejus. *Sap.* 3.

¶. Sperent in te qui novérunt nomen tuum; ¶. Quóniam non dereliquisti quærentes te, Dómine. *Pf.* 9.

*Oratio,* Deus, à quo. *infrà ad Laudes.*

#### AD COMPLETOR.

*Ant.* 5. a. Accípite armatúram Dei, ut possitis resistere in die malo. *Ephes.* 6.

*Doxologia,* Quo roboranur. *infrà ad Horas.*

*Ad Nunc dimittis.*

*Ant.* 2. D. Ecce habebitis tribulationem: id quod habétis, tenéte, donec véniam. *Apoc.* 2.

#### AD OFFIC. NOCT.

*Invit.* Deum patientiæ & soláttii, \* Veníte, adorémus. *Rom.* 15.

*Pf.* 94. *Venite.* 2.

*Hymnus,* Adeste vos, ô Cœlites. *suprà.*

*Ant.* 2. D. Ecce viri transeuntes vidérunt ca-

dáver viri Dei projectum in via; & venérunt, & divulgavérunt. 3. *Reg.* 13.

*Ant.* 4. E. Ingressæ sunt puellæ, nuntiaveruntque dóminæ suæ; quod áudiens, consternáta est. *Ester* 4.

*Ant.* 6. F. Confúgit ad Dóminum, dicens: Dómine mi, inimici nostri volunt claudere ora laudantium te; libera nos de manu iniquórum. *Ester* 14.

¶. Posuérunt carnes Sanctórum tuórum bésitiis terræ; ¶. Et non erat qui sepeliret. *Pf.* 78.

*Lección j. de Scriptura occurrente;* è tribus fit una.

¶. Vocávit abraham suam, & profecta est, orans cum lacrymis & labiorum motu in siléntio, dicens: \* Confirma me, Dómine; ut quod credens per te posse fieri cogitávi, perficiam. ¶. Dómine, permitte mihi ire, & sepelire patrem meum: \* Confirma me, Dómine. *Judith* 10. & 13. *Luc.* 9.

Ex Actis passioñis sancti  
Saturnini Episcopi To-  
losani & Martyris.

*Apud Ruinart.*

*Lectione ij.*

**E**XÁNIME sancti Satur-  
nini corpus usque ad  
eum locum tauro furente  
perductum est , ubi fune  
disrupto, tumultuariam eo  
tempore meruit sepultú-  
ram. Nam paucis id tém-  
poris Christiánis , ipsisque  
propter furórem Gentí-  
lium sancti viri corpus  
humáre metuéntibus, duæ  
tantum muliéculæ , sexus  
infirmitatem fidei virtute  
vincentes , & viris óm-  
nibus fortiores , & sui  
Sacerdótis exemplo ad  
tolerántiam passioñis ani-  
mátæ , beáti viri corpus  
ligneo fértero immissum ,  
quàm máximè in próximo  
loco coactis aptè scróbi-  
bus condidérunt : ut ve-  
nerandas sibi sanctas re-  
liquias , non tam sepelire ,  
quàm abscondere vide-  
rentur ; ne forte sacrile-  
gæ mentis hómines , si  
aliquid conditi córporis  
túmulo vidérent honóris  
adhibéri , effossum statim  
corpus in frusta discérpe-  
rent , & eriperent étiam

ipsam tenuem sepultúram.  
¶ Célebris est in antiquis  
Ecclésiæ Tolosanæ Bre-  
viariis harum sanctarum  
mulierum memória. Illas  
ferunt , ob confessiónem  
fidei in exílium pulsas ,  
confugisse ad oppidum  
territórii Tolosani , quod  
olim Recaudum vocabá-  
tur , nunc Mansus sanctarum  
Puellarum in Diocé-  
cisi San-Papulenſi ; ibi-  
que in summa sanctitáte  
relicuum vitæ tempus  
exegisse. Eárum reliquiæ  
in ædícula Michaéli Ar-  
chángelo dicáta magno  
in honóre hábitæ sunt ,  
donec , graffante in Gál-  
lia hæresi Calviniánâ , ab  
hæréticis qui locum illum  
occupáverant , fuére com-  
buſtae vel dispersæ.

**R.** Dicit : Eamus , &  
si appropriávit tempus  
nostrum , moriámur : &  
tulérunt , & sepeliérunt  
eum ; \* Et flevérunt eum ,  
& dixerunt : Quómodò  
cécidit potens , qui sal-  
vum faciébat pôpulum Is-  
raél ! **V.** Accedentes  
tulérunt corpus ejus , &  
sepeliérunt illud ; \* Et  
flevérunt. **I.** Mach. 9.  
Matth. 14.

**D**e sancto Gauderico,

**L**eccióne iiiij.

*Anton. Vincent. Domenec. Hist. SS. Catal.*

*Reginald. Poc. in vita ejus.*

**G**AUDERICUS in vico Diocesis Mirapiscensis ipsius nomine insignito, patre agresti natus est, ibique vitam rusticānam egit. Licet singula quæque ad ipsius vitam spectántia non satís comperta sint, eum tamen insigni pietate & sanctissimis móribus illuxisse constat. Obiit circà annum Dómini nongentésimum. Miraculis dūm viveret & post óbitum clarus, non à Mirapiscénsibus tantum, sed à Fidélibus vicinárum regiónum, magno concursu ipsius suffrágium, tūm in necessitatibus propriis, tūm in publicis, requiriéntibus, invocátur & cólitur. Sacrae ejus reliquiæ partim in Ecclésia Cathédrali Mirapiscensi asservantur, partim in monastério Canigonensi propè Perpiniánum sito, quò anno millésimo décimo quarto è Tolosæ

finibus delatæ sunt.

**R**. Infirma mundi élégit Deus, ut confundat fórtia; & ignobilia & contemptibilia élégit Deus:

\* Ut † Non gloriétur omnis caro in conspectu ejus. **V**. Arcus fórtium superátus est, & infirmi accincti sunt róbore; \* Ut. Glória Patri. † Non gloriétur. *1. Cor. 1. 1. Reg. 2.*

Te Deum.

**V**. Sacerd. Mirabilis Deus in sanctis suis: **R**. Deus Israél ipse dabit virtutem. *Ps. 67.*

AD LAUDES.

**A**nt. **Q**Uæ sponte obtut. d. **Q**listis áimas vestras ad periculum, benedícite Dñum. *Judic. 5.*

**A**nt. 1. a. Nuntiata sunt nobis ómnia quæ fecistis: reddat vobis Dóminus pro ópere vestro. *Ruth 2.*

**A**nt. 3. a. Fecistis misericordiam hanc cum domino vestro, & sepe listis eum. 2. *Reg. 2.*

**A**nt. 4. E. Fáciat vobiscum Dóminus misericordiam, sicut fecistis cum mórtuis. *Ruth 1.*

**A**nt. 5. a. Grátia vo-

Cij

bis & pax , quia viscera  
Sanctorum requievérunt  
per vos. *Philem.*

**CAPITULUM.** *Coloss. 1.*

**G**rátias ágimus Deo  
& Patri Dómini nos-  
tri Jesu Christi , audientes  
fidem vestram in Christo  
Jesu , & dilectionem quam  
habétis in Sanctos om-  
nes.

H Y M N U S.

**N**UNC , ô Beátæ , súp-  
plicum  
Piis favéte cántibus ;  
Plebisque vobis déditæ .  
Offerte vota Númini.

**S**EU nos clientes dí-  
cere ,  
Seu , quod sumus , ser-  
vos placet ,  
Sit in clientes cáritas ,  
Servi patrónas fentiant.

**H**OSTES vidétis quot  
premunt :  
Certantibus succúrrite ;  
Et queis gementes cín-  
gimur ,  
Arcéte nos periculis.

**Q**UÆ grande vobis  
áddidit  
Nomen , tenémus hanc  
fidem :  
Oráte , quod vox prædi-  
cat ,  
Hoc exprimámus móri-  
bus.

**P**ROCOL tepor , procul  
pigrum  
Cordis fatiscens gelu :  
Quæ vos adussit cáritas ,  
Hác corda nostra fér-  
veant.

**Q**UÆ respuistis , sit  
pudor  
Ambire mundi gáudia :  
Æterna quando nos ma-  
nent ,  
Quid quærimus mortá-  
lia ?

**Q**ui débilem sexum ,  
Deus ,  
Virtute róboras tuâ ,  
Tibi per omne séculum  
Sit summa laus , sum-  
mum decus. Amen.

**V.** Deus adjútor noster  
in tribulatióibus : **R.**  
Propterea non timébi-  
mus. *Ps. 45.*

**A**d Benedictus.  
*Ant.* J. Grátias ágere  
debémus semper Deo pro  
patiéntia vestra & fide ,  
in ómnibus persecutió-  
nibus vestris & tribulatió-  
nibus quas sustinéatis. *I.*  
*Theff.* *I.*

**O**ratio.  
**D**eus , qui sanctas Puel-  
las in sepeliendo cór-  
pore beáti Saturníni mirâ  
virtute roboraſti , quique  
illis pro fide tua Gentí-

Ium probra contémnere  
tribuisti ; fac nos , eárum  
intercessióne , in exercen-  
dis misericórdia opéribus  
fortes , & in despiciendis  
mandi blanditiis & ter-  
róribus constantes : Per  
Dóminum nostrum.

*Fit Commem. S. Gau-  
derici.*

*Ant.* Qui facit veritá-  
tem , venit ad lucem , ut  
manifestentur ópera ejus ;  
quia in Deo sunt facta.  
*Joan. 3.*

*¶.* Proba me , Deus ,  
& vide si via iniquitatis  
in me est ; *R.* Et deduc  
me in via æterna. *Pf.*  
138.

Orémus.

**D**eus , à quo bona  
cuncta procédunt ,  
te supplices exorámus ,  
ut beáti Gauderici mé-  
ritis & intercessióne , pô-  
pulus in te confidens &  
æternis proficiat institútis ,  
& temporálibus frugum  
terræ non destituátur au-  
xiliis : Per Dóminum nos-  
trum.

**A D H O R A S ,**  
*Doxologia.*

**Quo** roborantur dé-  
biles ,  
Jesu , tibi sit glória ,

Cum Patre , cumque Spi-  
ritu ,

In sempiterna sécula.

Amen.

**A D P R I M A M.**

*Ant.* 7. d. Quæ spontè.

*In R. br. ¶.* Per quem  
infirmi \* accincti sunt rô-  
bore. *1. Reg. 2.*

**A D T E R T I A M.**

*Ant.* 1. a. Nuntiáta sunt.

**CAPITULUM. Hebr. 6.**

**N**on injustus Deus ,  
ut obliscátur óperis  
vestri , & dilectionis quam  
ostendistis in nōmine ip-  
sius , qui ministrastis Sanc-  
tis , & ministratís.

*R. br.* Retribuet Dó-  
minus \* Secundùm justi-  
tiam. Retribuet. *¶.* Et se-  
cundùm \* puritatem má-  
nuum , \* Secundùm justi-  
tiam. Glória Patri. Re-  
tribuet. *Pf. 17.*

*¶.* Benedictio Dómini  
super vos : *R.* Benedic-  
mus vobis in nōmine Dó-  
mini. *Pf. 128.*

**A D S E X T A M.**

*Ant.* 3. a. Fecistis.

**CAPITULUM. Eccl. 38.**

**I**n mórtuum produc lá-  
crymas , & quasi dura-  
passus incipe plorare , &  
secundùm judicium con-  
tege corpus illius , & non  
Cuij

30 In Feste sancte Susanna Babylonicae.  
despicias sepulturam illius.

R. br. Innotescat in nationibus \* Coram oculis nostris. Innotescat. V. Ultio sanguinis servorum tuorum \* qui effusus est \* Coram oculis nostris. Gloria Patri. Innotescat. Ps. 78.

V. Posuerunt morticina servorum tuorum escas volatilibus cœli; R. Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam. Ibid.

#### AD NONAM.

Ant. 5. a. Gratia.

CAPITULUM. Hebr. 13.  
**B**eneficentiae & communionis nolite obliuisci; talibus enim hostiis promeretur Deus.

R. br. Hæc est generatio \* Quærantium Domini num. Hæc est. V. Quærantium faciem Dei Jacob, \* quærantium Domini num. Gloria Patri. Hæc est. Ps. 23.

V. Quam bonus Israël Deus R. His qui recto sunt corde! Ps. 72.

VESPERÆ de S. Luca Evangelista, ut in Breviario.

Pro Commemoratione sanctorum Puellarum,

Ant. Sepelistis dominum vestrum: retribuet vobis Dominus misericordiam & veritatem, eo quod fecistis verbum istud. 2. Reg. 2.

V. Misericordiam & veritatem diligit Deus: R. Gratiam & gloriam dabit Dominus. Ps. 83.

Oratio, Deus, qui sanctas Puellas. suprà.

DIE XXIII. OCTOBRIS.

In Feste  
SANCTÆ SUSANNÆ  
BABYLONICÆ.

Duplex-majus.

Omnia de Communione sanctorum Mulierum non Mart. additis quæ sequuntur. Oratio, Deus, cuius gratiâ. infrâ.

IN I. NOCT. Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

De Danièle Prophéta.

Lectio iv. Cap. 13.

**E**rat vir habitans in Babylone, & nomen ejus Joakim. Et accépit uxorem nomine Susannam, filiam Helciæ, pulchram nimis & timentem Deum: parentes enim illius, cum essent justi, erudiérunt

Filiam suam secundum legem Móysi.... Ingressa est aliquando, sicut heri & nudius tertius, cum duabus solis pueris, voluitque lavari in pomario; aestus quippe erat. Et non erat ibi quisquam, praeter duos senes absconditos, & contemplabant eam. Dixit ergo pueris: Afferte mihi óleum & smigmata; & óstia pomárii cláudite, ut laver. Et fecerunt sicut praeceperat; claueruntque óstia pomárii, & egressæ sunt per posticum, ut afferrent quæ jússerat: nesciebantque senes intus esse absconditos. Cùm autem egressæ essent puellæ, surrexerunt duo senes, & accurrerunt ad eam, & dixerunt: Ecce óstia pomárii clausa sunt, & nemo nos videt, & nos in concupiscéntia tuâ sumus: quamobrem assenti te nobis, & commiscere nobiscum. Quod si nolueris, dicémus contrate testimónium, quod fuerit tecum júvenis, & ob hanc causam emiseris pueras à te. Ingémuit Susanna, & ait: Angustiæ sunt mihi úndique. Si enim hoc égero, mors

mihi est; si autem non égero, non effugiam manus vestras. Sed mélius est mihi absque opere incidere in manus vestras, quam peccare in conspectu Dómini.

Sermo sancti Augustini  
Episcopi.

*Serm. 343. de Susanna &  
Joseph. n. 1.*

*Lectio v.*

**A**udívimus de Susanna lectiōnem. Aedificetur pudicitia conjugális, & tam infirmo fundamento innitatur, muroque vallétur; ut & insidiantes repellat, & falsos testes convincat. Remánserat casta mulier moritura, nisi adesset qui videbat, quod judicantes latébat. Conscripta sunt verba ejus quæ hábuit in viridário suo: quæ verba nullus hominum audívit, nisi soli duo, qui pudorū uxoris alienæ insidiabantur, & reluctanti falso testimónium meditabantur. Angustiæ mihi úndique. Si enim hoc fecero, mors mihi est; si autem non fecero, non effugiam manus vestras. Mélius autem mihi est manus vestras non eva-

dere, quām in conspectu Dei peccāre. Contemnēbat quod audiēbat, quia timēbat quem non vidēbat; cuius tamen divinis oculis erat ipsa conspīcua. Neque enim quōmodō illa Deum non vidēbat, sic non videbātur à Deo. Videbat Deus quod ædificabat, inspiciēbat opus suum, habitabat templum suum; ibi erat ipse, infidiātibus respondēbat. Nam si castitatis dator deseruisset, cāstitas interriisset. Ait ergo: Angūstia mihi úndique. Sed & expectabat eum qui eam salvam saceret à pusillanimitate & tempestate falsorum testimoniū, tanquam ventōrum malorum. In illis tamen ventis & flūctibus naufrāgium cāstitas non fecit, quia Dóminus gubernavit.

*Lectio vj.*

**C**lamātum est, ventum est, processum est: pervénit causa ad iudicium. Domus Susannæ credíderat contra dómnam seniōribus falsis; & quamvis anteacta, illæsa & immaculata vita idōneum viderétur pudicitiæ

testimónium perhibére; illis tamen irreligiōsum videbātur seniōribus non crēdere. Nullus talis sermo unquam sonuerat de Susanna. Illi ergo falsi testes, sed noti Deo. Aliud credébat domus, áliud videbat Dóminus. Sed quod videbat Dóminus, hōmines nesciēbant; seniōribus recte credi videbātur. Ergo moriendum erat: sed si caro moreretur, cāstitas coronarētur. Adfuit Dóminus precanti, exaudívit quam nōverat: non deseruit ne moreretur, cui subvénit ne adulterarētur. Excitāvit Dóminus spíritum sanctum Daniélis adhuc novelli ætāte, sed robusti pietate. Quia ergo erat in eo prophéticus Spíritus, continuò nequissimorum seniōrum vidit fallāciam. Sed quod ille intuebātur, providendum erat quōmodō céteris monstrarētur. Falsi, inquit, testes sunt: redite in iudicium. Sed quod falsi essent ille nōverat, cui prophéticus Spíritus reveláverat: docendi erant, qui nesciēbant. Ergo si júdices docendi,

testes procul dūbīo con-  
vincendi.

*IN III. NOCTURNO.*

Lēctio sancti Evangēlii  
secundūm Matthæum.

*Lectione viij. Cap. 19.*

**I**N illo tēmpore ; Ac-  
cesserunt ad Jesum  
Pharisei , tentantes eum ,  
& dicentes : Si licet hō-  
mini dimitttere uxōrem  
suam quācumque ex cau-  
sa. Et réliqua.

Homilia sancti Augustini  
Episcopi.

*Serm. 343. de Susanna  
& Joseph. nn. 3. & 4.*

**Q**ui liberavit Susan-  
nam mulierem cas-  
tam , cónjugem fi-  
délem à falso testimónio  
seniōrum , ipse liberavit  
& virginem Mariam à  
falsa suspicione mariti sui.  
Venit Virgo in falsam sus-  
piciónem : sed sicut pro  
Susanna ádfuit in Danièle  
Spíritus , sic pro María  
ádfuit Angelus. Gaudé-  
bant paulò antē conjugatæ  
ad Susannam , gáudeant  
vírgines ad Mariam: utræ-  
que téneant castitatem ,  
illæ conjugalem , illæ vir-  
ginalem. Utraque enim  
cástitas habet apud Deum  
méritum : et si virginális

major est , conjugális mi-  
nor ; tamen útraque grata  
est Deo , quia donum est  
Dei. Ad vitam æternam  
omnes pervénint ; sed in  
vita æterna non omnes  
eundem honórem , eam-  
dem dignitatē , idem  
méritum cōparant. Sic  
erit vita æterna & regnum  
Dei , quómodò , simili-  
tudinis causā , quod dí-  
cimus cœlum. In cœlo  
sunt ómnia sídera : sic &  
in regno Dei omnes erunt  
boni fidéles. Vita æterna  
par erit ómnibus : non  
enim ibi álius plus vivit ,  
álius minùs ; quandò om-  
nes sine fine viētūri sumus.  
Ergo unusquisque , fratres  
mei , pro dono quod ac-  
cépit , certet in hoc sé-  
culo , ut gáudeat in fu-  
turo.

*Lectione viij.*

**S**Erva quod accepisti ,  
ferto fárcinam tuam :  
quia levis est , si diligis ;  
gravis , si odiisti. Non enim  
frustrà Dóminus ait : Ju-  
gum meum lene est , &  
fárcina mea levis est : le-  
vis amanti , gravis ne-  
ganti. Jugum Dómini in  
cervicem sumpsisti ? Le-  
ne est , si benè conáris ;

asperum , si reluctaris. Circumstant tentationes conjugalem vitam. Numquid enim ista Susanna ideo non tentata est in ipsa pudicitia , quia marito erat conjuncta? Numquid haec solae in hac parte non tentantur , quae viris copulantur? Ecce Susanna uxor aliena erat , maritum habebat : tamen tentata est , fluctuavit in tempestate. Angustiae , inquit , mihi sunt undique. A falsis enim testibus timuit mori : sed a Deo iudice vero timuit penitus mori. A falsis enim testibus ad tempus moreetur : a iudice Deo in eternum puniretur. Appendit , elegit : prius timuit , & appendit ; appendit , & elegit ; elegit , & vicit. Docuit feminas conjugatas religiosas ; tentatori resistere docuit , pugnare docuit , laborare docuit , adjutorium implorare docuit.

*n. 9. Lætio ix.*

**H**oc ergo monuerim caritatem vestram , fratres , ut ante omnia concupiscentiis carnalibus , & gaudiis seculari-

bus , & vanæ pompæ & volaticæ , vaporique vitæ hujus præsentis præponatatis decus & pulcritudinem sapientiæ , præponatibus dulcedinem suavitatemque sapientiæ , præponatis decus pudicitiae , pulcritudinem castitatis. Haec omnia abscondita sunt in thesauro cœlesti , nudæ coram oculis Dei gemmæ sunt istæ pretiosæ , multum lucent ; si oculos habetis , videtis. Diversis ergo & illicitis delectationibus ista præponite : et si tentatio usque accéserit , ut etiam moléstiam patiámini. Quis non patiatur propter sarculum suum ? quis non patiatur pro agro suo , pro uno lápide limitis agri sui ? Si pro his rebus patiámini , quas non habetis in potestate , quādiu vultis , retinere , & quibus vultis , dimittere ; sed sèpè amittuntur cum vivimus , sèpè post mortem nostram ab eis quos odimus , possidentur : si pro his bonis ( si tamen dicenda sunt bona , quae non faciunt bonos ) tanta mala homines æquo ani-

*In Feste SS. Martyrum Claudii, &c.* 35

mo patientur; pro fide fiant tres, divisione factâ  
quare pigri sunt? Pro  
thesauro cœlesti quarè  
timidi sunt, pro illis di-  
vitiis quas nec naufrágia  
possunt auferre? Justus  
enim naufragus evádit  
dives & nudus.

*Oratio.*

**D**eus, cujus gratiâ  
virtus in infirmitate  
perficitur: largire nobis,  
beatae Susannæ illibatam  
medii in tentationibus ac  
periculis castitatem re-  
colementibus; ut quæ à te ac-  
cepit ut vinceret, à te  
quoque vincendi gratiam  
nobis obtineat: Per Dó-  
minum nostrum.

**DIE XIV. NOVEMBRIS.**

*In Feste SS. Martyrum  
CLAUDII,  
NICOSTRATI, SYMPHO-  
RIANI, CASTORII, ET  
SIMPLICII.*

*Duplex-majus.*

*Omnia de Communi  
plurium Martyrum. Oratio  
propria, in Brevia-  
rio.*

*IN I. NOCT. Lectio-  
nes de Scriptura occur-  
rente.*

*IN II. NOCT. Ex  
duabus Lectionibus qua-  
habentur in Breviario,*

fiant tres, divisione factâ  
ad hæc verba prima, Re-  
clusi sunt.

**IN III. NOCTURNO.**

Lectio sancti Evangélii  
secundum Lucam.

*Lectio vii. Cap. 6.*

**I**n illo tempore; De-  
pendens Jesus de mon-  
te, stetit in loco cam-  
pestri; & turba discipu-  
lorum ejus, & multitudo  
copiosa plebis ab omni  
Iudæa, & Jerúalem, &  
marítima, & Tyri, &  
Sidónis. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrósii  
Episcopi.

*Lib. 1. Off. Cap. 15. & 16.*

**N**on potest quis  
præmium accipe-  
re, nisi legitimè  
certaverit: nec est glo-  
riosa victoria, nisi ubi  
fuerint laboriosa certa-  
mina. Nonne injustus est,  
qui antè quærat præmium,  
quām certamen fuerit ab-  
solutum? Ideoque Dóminus  
in Evangélio ait: Beati qui perfecutionem  
patiuntur propter justi-  
tiam, quoniam ipsorum  
est regnum cœlorum:  
beati estis, cùm vos ma-  
ledicent homines, & per-  
sequentur, & dicent omne-

malum adversum vos propter justitiam ; gaudete , & exultate , quoniam merces vestra copiosa est in cœlo. Futuram , non præsentem , in cœlo , non in terra , mercédem promisit esse redditam. Quid álibi poscis quod álibi debétur ? Quid præpróperè corónam exigis , ántequām vincas ? Quid detérgere púlvrem , quid requiéscere cupis , quid epulári gestis , ántequām stádium solvátur ? Adhuc pópulus spectat , adhuc athlétæ in scámmate sunt ; & tu jam ótium petis.

*Lectio viii.*

**S**ed fortè dicas : Cur simplici lætantur ? cur luxuriantur ? cur étiam ipse non mecum labórant ? Quóniam qui non subscripterint ad corónam , non tenentur ad labórem certáminis : qui in stádium non descénderint , non se perfundunt óleo , non obliniunt púlvore. Quos manet glória , expectat injúria. Unguentati spectare solent , non decertare , non solem , æstus , púlverem , imbreisque pér-

peti. Dicant ergo & ipsi athlétæ : Venite , nobiscum laboráte. Sed respondébunt spectatòres : Nos hic interim de vobis judicámus ; vos autem sine nobis corónæ , si vicéritis , glóriam vindicábitis.

*Lectio ix.*

**I**sti igitur qui in deliciis , qui in luxúria , rapinis , quæstibus , honóribus , stúdia posuérunt sua , spectatòres magis sunt quām præliatòres. Habet lucrum labóris , fructum virtutis non habent. Fovent ótium , astutiâ & improbitatē ággerant divitiárum acervos ; sed exolvent , seram licet , nequitiæ suæ pœnam. Perfectorum est coróna. Expecta ut véniat quod perfectum est , quando non per spéciem in enigmate , sed fácie ad fáciem formam ipsam redopertæ veritatis possis agnoscere.

**DIE XVII. NOVEMBRIS.**

*In Festo*

**SS. ASCISCLI  
ET VICTORIAE,**  
Martyrum.

*Duplex-majus.*

*Omnia de Communi  
plurium Martyrum. Ora-  
tio*

*In Festo sanctorum  
tio propria, in Brevia-  
rio.*

*IN I. NOCT. Letio-  
nes de Scriptura occur-  
rente.*

*IN II. NOCT. Ex  
duabus Lettionibus quæ  
in Breviario habentur,  
sunt tres, divisione facta  
ad hæc verba secunda,  
Lacerata fuérunt.*

*IN III. NOCTURNO.*

Léctio sancti Evangélii  
secundum Matthæum.

*Letio vij. Cap. 16.*

**I**N illo tempore; Dixit  
Iesus discipulis suis:  
Si quis vult post me ve-  
nire, abneget semetipsum,  
& tollat crucem suam,  
& sequatur me. Qui enim  
voluerit ánimam suam  
salvam facere, perdet  
eam. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini  
Episcopi.

*Serm. 331. in Natali  
Mart. alias 100. de  
diversis. Cap. 1.*

**I**lla Evangelica tuba,  
quando ait Dominus,  
Qui amat ánimam  
perdet illam, & qui per-  
diderit illam propter me,  
invéniet eam, accensi-  
funt Mártyres, & vicé-  
runt, quia non de se,  
*Pars Autumnalis.*

*Asciscli & Victoriae. 37*

sed de Dómino præsump-  
sérunt. Duóbus modis  
intelligi potest quod dic-  
tum est, Qui amat áni-  
mam suam, perdet illam.  
Si amas illam, perdis  
eam. Et álio modo: Noli  
amáre, ne perdas. Prior  
modus istum habet sen-  
sum: Si amas, perde il-  
lam. Hic sémina illam, &  
in cœlo metes illam. Agrí-  
cola triticum si non perdit  
in sémine, non amat in  
messe. Alius modus sic  
habet: Noli amáre illam,  
ne perdas illam. Videntur  
sibi amáre áimas suas,  
qui timent mori. Áimas  
suas Mártyres si sic amas-  
sent, procul dúbio perdi-  
dissent. Quid enim pro-  
desset tenére ánimam in  
hac vita, & pérdere in  
futúra?

*Cap. 2. Letio viij.*  
**S**ed quia Christum non  
negavérunt, transié-  
runt de hoc mundo ad  
Patrem. Quæsíerunt Chri-  
stum, confitendo; tenué-  
runt, moriendo. Magno  
itaque lucro perdidérunt  
áimas suas, fœnum  
perdentes, corónam pro-  
merentes, & vitam sine  
fine tenentes. Fit déniqe,

D

38 *In Festo sancti Eadmundi, Martyris.*

imò factum est in eis quod Dóminus subsequenter adjunxit : Et qui perdiderit ánimam suam propter me , invéniet eam. Qui perdiderit , inquit , propter me ; tota causa ibi est. Qui perdiderit , non quomodo cumque , non quálibet causâ , sed propter me. Illi enim in prophetia jam dixerunt Mártyres : Propter te mortificámur totâ die. Propterea Mártyrem non facit pœna , sed cauſa.

*Lectio ix.*

Quandò Dóminus paſsus est , tres cruces causa discriévit. Inter duos latrónes crucifixus est. Si pœna interrogarétur , similis erat Christus latrónibus. Sed si intérrogat quis crucem , quare crucifixus est Christus ; respondet nobis : Propter vos. Dicant ergo illi & Mártyres : Et nos mórtui sumus propter te. Ipse propter nos , nos autem propter illum : sed ipse propter nos , ut conferret nobis beneficium ; nos autem propter illum , non ad impertiendum illi beneficium. Proinde nobis

in utróque consultum est. Et quod manat ex illo , venit ad nos ; & quod fit propter illum , redit ad nos. Ipse est enim de quo dicit ánima quæ lætatur in Dómino : Dixi Dómino , Deus meus es tu ; quóniam bonorum meórum non eges. Quid enim est , Bonorum meórum , nisi à te datórum ? Et quómodò eget áliquo bono , à quo datur omne bonum.

*IN II. VESP. fit Commem. S. Odonis , Cluniacensis Abbatis. Ant. Egrédere. ¶ Potens. in Communi Abbatum. Oratio propria.*

*DIE XX. NOVEMBRIS.*

*In Festo  
S. EAD MUNDI ,  
Angliæ Regis , &  
Martyris.*

*Duplex-majus.*

*Omnia de Communi  
unius Martyris , additis  
quæ sequuntur. Oratio  
propria , in Breviario.*

*IN I. NOCT. Lec-  
tiones de Scriptura oc-  
currente.*

*IN II. NOCT. Ex  
duabus Læctionibus quæ  
habentur in Breviario ,*

fiant tres, divisione factâ  
ad hac verba secunda,  
Témpore autem.

**IN III. NOCTURNO.**

Léctio sancti Evangélii  
secundum Matthæum.

*Lección vii. Cap. 16.*

**I**N illo témpore; Dixit  
Iesus discípulis suis: Si  
quis vult post me venire,  
abneget semeñipsum, &  
tollat crucem suam, &  
sequátur me. Et réliqua.

*Homilia sancti Joannis*

*Chrysóstomi.*

*Homil. 55. alias 56. in*  
*Matth. n. 1.*

**V**Ideámus quid sit  
abnegare semeñipsum. Priùs discá-  
mus quid sit abnegare ál-  
terum, & tunc íciémus  
quid sit abnegare seme-  
ñipsum. Qui abnegat ál-  
terum, sive fratrem, sive  
servum, sive álium quém-  
piam, et si flagellátum ví-  
derit, et si vinclum, et si  
ad mortem abduçtum, et si  
quidvis aliud patientem,  
non adest, non auxiliátur,  
non ánimo frángitur, non  
ejus causâ pátitur, út-  
pote qui ab eo abaliená-  
tus sit. Sic itaque vult  
nos nullo modo córpori  
párcere; ut sive flagel-

lent, sive pellant, sive  
urant, sive áliud quidvis  
fácient, non nobis par-  
cámus. Nam étiam patres  
filiis tunc máxime par-  
cunt, cùm magistris tra-  
dentes, mandant ne par-  
cant eis.

*nn. 1. & 2. Lección viij.*

**I**Ta & Christus non  
dixit, ne parcat sibi,  
sed quod grávius est,  
Abneget semeñipsum; id-  
est, nihil cum seipso com-  
múne hábeat, sed perí-  
culis se dedat & certa-  
minibus, atque ita sit  
affectus ut si álius id pa-  
terétur. Nec dixit, Neget,  
sed Abneget, hoc parvo  
additamento vim magnam  
diictíoni affert: nam abne-  
gare multò plús est quàm  
negare. Et tollat crucem  
suam. Hoc ex illo séqui-  
tur. Ne putas enim ad  
verba usqué tantum &  
contumélias, & opprobria  
abnegare seipsum oportére:  
dicit quousque abne-  
gare semeñipsum opór-  
teat; id-est, usqué ad  
mortem, & mortem turpis-  
simam; & non semel, aut  
bis, sed per totam vitam:  
Perpétuò, inquit, hanc  
mortem circumferas &

Dij

quotidiè ad necem paratus sis.

*Lectio ix.*

**Q**Uia enim multi opes contempserunt & voluptatem & gloriam ; mortem verò non spererunt , at timuerunt pericula , Ego , inquit , athletam meum volo ad mortem usquè pugnare , & certamina ad mortem usque péragi . Et sequatur me . Quia enim fieri potest ut qui pátitur non sequatur Christum , cùm non pátitur propter ipsum ( nam latrōnes multa & graviora patiuntur ) ne putas sufficere ipsam malorum natūram , causam malorum addit . Quænam illa est ? Ut hæc agens & pátiens ipsum sequaris ; ut propter ipsum ómnia patiaris , & reliquias virtutes obtineas . Nam id significat illud , Sequatur me ; ita ut non modò fortitudinem in ærumnis , sed & continéntiam , æQUITATem , omnemque philosophiam exhibeas .

*VESPERÆ de Pra-sentatione B. M. Virg. cum Commemor. sancti*

*Eadmundi , ut notatur in Breviario.*

**DIE XXVIII. NOVEMBR.**

*In Vigilia SANCTI SATURNINI , Protopræfulis Tolosani & Martyris.*

[*¶ Si venerit in Dominica , anticipatur in preced. Sabbatum . ]*

**AD OFFIC. NOCT.**

*Simplex.*

*Invitatorium & Hymnus , ut in Communi unius Martyris.*

*Psalmi & Antiphona de Feria occurrente.*

*¶. & duo priora R. R. è III. Nocturno unius Martyris.*

*Lectiones duæ priores de Scriptura occurrente ; è tribus sunt duæ . Lectio iij. cum suo R. ut in Breviario. Non dicitur Te Deum.*

*¶. Sacerd. ut in Communi unius Martyris.*

**A D L A U D E S.**  
*Semiduplex.*

*Psalmi de Feria , cum Cantico ut in Psalterio pro Festis. Quinque Antiphona , Capitulum & Hymnus , ut in Communi unius Martyris.*

*¶. Antiph. ad Bene-*

*In Vigilia sancti Saturnini.*

41

dictus. & Oratio, ut in  
Breviario. Non dicuntur  
Preces, nec sunt Suffragia.

A D H O R A S.

Duplex-minus.

*In fine Hymnorum,  
Doxologia, Sit laus Patri.  
ut in Communi unius Mart-  
yris. Psalmi de Feria.  
Non dicuntur Preces.*

*AD PRIMAM, v. br.  
Qui es testis \* fidelis &  
verus. Apoc. 3.*

*AD TERTIAM, SEX-  
TAM & NONAM, omnia ut  
in Communi unius Mart.  
cum Oratione Vigiliae.*

DIE XXIX. NOVEMBRIS.

In Festo

SANCTI SATURNINI,

Martyris, Tolosanorum  
Apostoli & Protopræ-  
fulis, Ecclesiæ Abba-  
tialis nec - non Urbis  
Patroni.

A N N U A L E.

*Omnia ut in Brevia-  
rio, servato ritu Annuali  
in R.R. tam I. Vesp.  
quam Officii Noct.*

*Diebus intrà Octavam  
& Die Octava, pariter  
ut in Breviario.*



# SUPPLEMENTUM AD BREVIARIUM TOLOSANUM.

---

DIE XXXI. OCTOBRIS.

*IN VIGILIA  
OMNIUM SANCTORUM.*

[*Si venerit in Dominicā, Officium sit de Dominica usquē ad v. tertii Nocturni exclusivè : reliqua de Vigilia, id est, septima & octava Lectio de Evangelio cum Homilia Vigilia, ut infrā, divisione factâ ad asteriscum [\*]. Lectio ix. de Evangelio & Homilia Dominicæ occurritis. RRR. ut infrā ; & dicitur Te Deum.*]

*AD LAUDES & HORAS, Psalmi de Dominicā, cum Commem. Dominicæ occurritis : reliqua de Vigilia. Non dicitur ad Primam Symbolum Quicumque.]*

*¶ Si Vigilia ista ve-*

*nerit in Feriis, Officium fit ut sequitur.*

**AD OFFIC. NOCT.**

*Simplex.*

*Invit. Dóminum redentem Justis mercédem labórum suórum, \* Venite, adorémus. Cap. 10.*

*Ps. 94. Venite. 2.*

**H Y M N U S.**

**Q**UAM prævenimus canticis,

Huc festa nos dies vocat,  
Ubi suos, post prælia,  
Deus corónat milites.

**N**ON ille fluxas ac lev-

Vincéntibus dat láureas,  
Sed lucis æternæ decus,  
Et pura semper gáudia.

**H**os nempè cœlo jú-  
gibus

Palmis onustos invehit,  
A se datae victoriae  
Futurus ipse præmium.

Huc ergo se spes erigat,  
Huc vota tendant omnia;  
Nec terreat brevis labor,  
Æterna quos merces manet.

HANC qui tenetis, Cœlites,  
Nobis adhuc certantibus  
Adeste, dum vestris Deus  
Jungat triumphantes choris.

TUNC hóstibus mens  
libera  
Pleno fruétur otio;  
Et in tuo non désinet  
Sinu, Deus, quiéscere.  
Æterna merces Cœli-  
tum,  
Jesu, tibi sit glória,  
Cum Patre, cumque Spí-  
ritu,  
In sempiterna sécula.

Amen.

*Psalmi & Antiphona  
de Feria occurrente.*

¶. Judicia Dómini vera: ¶. In custodiendis illis retributio multa. Ps. 18.

*Lectiones due priores  
de Scriptura occur. è tri-  
bus sunt due.*

*Post j. Lect. ¶. Justi in  
perpetuum vivent, &*

apud Dóminum est mer-  
ces eorum, & cogitatio  
illorum apud Altissimum:  
ideò \* Accipient regnum  
decoris, & diadema spe-  
ciæ de manu Dómini.  
¶. Corónam justitiae red-  
det justus Jūdex iis qui  
diligunt adventum ejus:  
\* Accipient. *Sap. 5. 2.*  
*Tim. 4.*

*Post ij. Lect. ¶. Con-*  
fluent ad bona Dómini,  
eritque anima eorum quasi  
hortus irriguus; & \* Pó-  
pulus meus bonis meis  
adimplébitur, ait Dómi-  
nus. ¶. Oculus non vidit,  
nec auris audivit, nec in  
cor hominis ascendit, quæ  
præparavit Deus iis qui  
diligunt illum. \* Pópulus.  
*Jerem. 31. 1. Cor. 2.*

*Lectio sancti Evangélii  
secundum Lucam.*

*Lectio iii. Cap. 6.*

**I**N illo tempore; Ele-  
vatis Jesus oculis in  
discipulos suos, dicébat:  
Beati páuperes, quia vestrum  
est regnum Dei. Et  
réliqua.

*Homilia sancti Ambrósii  
Episcopi.*

*In Luc. Lib. 5.*

**N**unc dicámus que-  
mámodum in quâ-

tuor benedictiōnibus sanctus Lucas benedictiōnes sit octo complexus. Et quidēm scimus virtutes esse quātuor cardināles; temperāntiam, justitiam, prudētiā, fortitūdinem. Connexae sibi sunt, concatenatāque virtutes, ut qui unam habet, plures habēre videātur. Beati igitur páuperes sp̄itu. Habes temperāntiam, quā à peccāto abstinet, séculum calcat, illecebrōsa non quærit. Beati qui esūriunt & sitiunt justitiā. Qui enim ésurit, esurienti compátitur, compatiendo largitur, largiendo fit justus; quia justitia ejus manet in æternū. [\*] Beati qui nunc fletis, quia ridēbitis. Habes prudētiā, cujus est flere occidua, & ea quā æterna sunt quærere; lugére seculária quā seipsa impugnant, Deum pacis inquirere. Beati éritis, cùm vos óderint hómines. Habes fortitūdinem, sed eam quā non ódium merétur ex crímine, sed persecutiōnem patiātur ex fide. Est étiam fortitūdinis, iram vincere, indigna-

tionemque cohibére. Ergo temperāntia, cordis habet animique munditiam, justitia misericordiam, pacem prudētiā, manfuetūdinem fortitūdo.

R. Beati éritis cùm vos óderint hómines, & exprobráverint propter Fílium hóminis: \* Gaudéte in illa die, & exultate; † Ecce enim merces vestrā multa est in cœlo.

V. Audite me, póplus meus: Nolite timere opprobrium hóminum, & blasphemias eórum ne metuatis; \* Gaudéte. Glória Patri. † Ecce enim. *Luc. 6. 1f. 51.*

*Non dicitur Te Deum.*

V. Sacerd. Annúntient in Sion nōmen Dómini, R. Et laudem ejus in Jerúsalem. *Pf. 101.*

### AD LAUDES.

#### *Semiduplex.*

Ant. A Ddúcet filios. I. g. A tuos Dóminus ad te, Jerúsalem, portátos in honore sicut filios regni. *Baruch 5.*

Ant. 2. D. Habitábit Deus cum eis; & ipsi póplus ejus erunt, & ipse Deus cum eis erit eórum. Deus. *Apoc. 21.*

*Ant. 3. a.* Ponam multitudinem pacis filiis tuis : hæc est hereditas eorum apud me , dicit Dóminus.

*Iſ. 54.*

*Ant. 4. E.* Benedicti erunt.

### CANTICUM.

*Apoc. 21. & 22.*

*Cœlestis Jerusalem gloria & felicitas.*

**C**láritas Dei illuminávit ( civitátem sanctam Jerúsalém ; ) \* & lucerna ejus est Agnus.

Et ambulábunt gentes in lúmine ejus ; \* & reges terræ áfferent glóriam suam & honórem in illam.

Et portæ ejus non claudentur per diem , nox enim non erit illuc ; \* & áfferent glóriam & honórem géntium in illam.

Non intrábit in eam aliquid coünquinátum , aut abominationem faciens & mendácium ; \* nisi qui scripti sunt in libro vitæ Agni.

Et omne maledictum non erit amplius ; \* sed sedes Dei & Agni in illa erunt.

Et servi ejus sérvient illi , & vidébunt fáciem

ejus ; \* & nomen ejus in fróntibus eórum.

Et nox ultrà non erit ; \* & non egébunt lúmine lucernæ , neque lúmine solis :

Quóniam Dóminus Deus illuminábit illos ; \* & regnábunt in sécula seculórum.

Glória Patri , &c.

*Ant.* Benedicti erunt qui ædificáverint te , Cívitas Dei : tu autem lætáberis in filiis tuis. *Tob.* 13.

*Ant. 5. a.* Lætitia semper ita super caput eorum ; gáudium & lætitiam obtinébunt , & fügiet dolor & gémitus. *Iſ.* 35.

**C**APITULUM. *Gal. 4.*  
**S**ina mons est in Arábia , qui conjunctus est ei quæ nunc est Jerúsalém , & servit cum filiis suis. Illa autem quæ sursum est Jerúsalém , libera est , quæ est mater nostra.

**H Y M N U S.**  
**C**ŒLESTIS ô Jerúsalem ,  
Mansúra semper Cívitas ,  
O ter beáti , quos tuis  
Cives recondis mœnibus !

**TU** pacis æternæ do-  
mus,  
Dilecta Sanctorum quies,  
Sedes Deo frumentum,  
Regis superni cūria.

**HIC** in throno sedens  
Deus  
Cunctos beat præsentia :  
Hic, sol perennis, splen-  
dido

Affulget Agnus lumen.

**HAC** sede quo datur  
frui,  
**Nil** dulce turbat otium:  
Hic unus est Sanctis la-  
bor

Dei vacare laudibus.

**AT** dum, procellis li-  
beri,  
Portus beatos occupant,  
Salute certi de sua,  
Nostræ saluti consulunt.

**ILLINC** amate, Cœ-  
lites,  
Cæcum per æquor nau-  
fragis

Vestrī adesse fratribus,  
Amica factis sidera.

**¶** **ÆTERNA** merces  
Cœlitum,  
Jesu, tibi fit gloria,  
Cum Patre cumque Spí-  
ritu,  
In sempiterna secula.

Amen.

**¶.** Justi hæreditabunt  
terram, **R.** Et inabitá-

bunt in seculum seculi  
super eam. *Pf. 36.*

*Ad Benedictus.*

*Ant. 6. F.* Complebun-  
tur dies luctus tui, Jerú-  
salem: populus tuus om-  
nes Justi, in perpetuum  
hæreditabunt terram. *If.*  
60.

*Oratio.*

**D**omine Deus noster,  
multiplica super nos  
gratiā tuā; & quorum  
prævenimus gloriōsa so-  
lēnnia, trībue subsequi  
in sancta professiōne læ-  
titiam; Per Dóminum.

**A D H O R A S,**  
*Duplex-minus.*

*Doxologia, ¶* **ÆTERNA**  
merces Cœlitum. *ut suprà*  
*ad Laudes.*

**A D P R I M A M.**

*Ant. 1. g.* Adducet  
filios.

*In R. br. ¶.* Qui es  
Sanctorum tuorum \* mer-  
ces magna nimis. *Genes.*

15.

**A D T E R T I A M.**

*Ant. 2. D.* Habitabit.

**C A P I T U L U M.** *Zach. 8.*

**H**æc dicit Dóminus  
exercituum: Ecce  
ego salvabo populum  
meum, & adducam eos,  
& habitabunt in medio

Jerusalem; & erunt mihi  
in populum, & ego ero  
eis in Deum in veritate  
& in justitia.

R. br. Deus salvam faciet Sion; \* Et haereditate  
acquirent eam. Deus.

V. Qui diligunt nomen  
Domini, \* habitabunt in  
ea, \* Et. Gloria Patri.  
Deus. *Ps. 68.*

V. Justi confitebuntur  
nomini tuo, Domine;  
R. Et habitabunt recti  
cum vultu tuo. *Ps. 139.*

**A D S E X T A M.**

*Ant. 3. a.* Ponam multitudinem.

**CAPITULUM. *Is. 32.***

**E**RIT opus justitiae pax,  
& cultus justitiae si-  
lentium, & securitas usque  
in sempiternum; & sedé-  
bit populus meus in pul-  
chritudine pacis, & in  
tabernaculis fiduciae, &  
in réquie opulenta.

R. br. Delectabuntur  
\* In multitudine pacis.  
Delectabuntur. V. Haeré-

ditas eorum \* in æternum  
erit \* In. Gloria Patri.  
Delectabuntur. *Ps. 36.*

V. Abscondes eos,  
Domine, in abscondito  
faciei tuæ, R. A contur-  
batione hominum. *Ps.*  
*30.*

**A D N O N A M.**

*Ant. 5. a.* Lætitia.


**CAPITULUM. *Is. 65.***

**E**CCE ego creo Jerusa-  
lem exultationem, &  
populum ejus gaudium:  
& exultabo in Jerusalem,  
& gaudabo in populo  
meo; & non audiatur in  
eo ultrà vox fletus & vox  
clamoris.

R. br. Gloriósa dicta  
sunt de te, \* Cívitas Dei.  
Gloriósa. V. Sicut lætan-  
tium omnium \* habitatio  
est in te, \* Cívitas Dei.  
Gloria Patri. Gloriósa.  
*Ps. 86.*

V. Domine, in lumine  
vultus tui ambulabunt;  
R. Et in nomine tuo exul-  
tabunt tota die. *Ps. 88.*





+

DIE III. FEBRUARII.

IN FESTO

# SANCTI BLASII, EPISCOPI ET MARTYRIS.

---

ANNUALE.

*Pridie, AD II. VESP.  
Præsentationis Domini,  
sit Commemoratio solem-  
nis de S. Blasio, ut se-  
quitur.*

*Ant. 5. a. In die tri-  
bulatiōnis ego in Dómino  
gaudēbo, & exultábo in  
Deo Iesu meo : Deus  
Dóminus fortitudo mea.  
Habac. 3.*

**PSALMUS. 116.**  
*Misericordia & veritas  
Dei in populum suum  
à gentibus laudanda.*

**L**AUDATE DÓMINUM,  
omnes gentes : \* lau-  
date eum , omnes pô-  
puli ;

Quóniam confirmata  
est super nos misericórdia  
ejus , \* & véritas Dó-  
mini manet in æternum.

*Repetitur Ant. In die ,  
&c.*

¶. Dóminus illuminá-  
tio mea , & salus mea ;  
quem timébo ? ¶. Dó-  
minus protector vitæ  
meæ ; à quo trepidábo ?  
*Ps. 26.*

¶. Dóminus vobiscum.  
*vel* Dómine , exaudi.

Orémus.

**O**MNIPOTENS sempiter-  
ne Deus , qui per  
gloriósae passiōnis certá-  
mina , ad immortáles  
triumphos beatum Blá-  
sium Mártyrem tuum at-  
que Pontíficem extulisti :  
da córdibus nostris dig-  
nam pro ejus veneranda  
Solemnitatē lètitiam ; ut  
cujus patrocínio gloriá-  
mus , ejus & instruámur  
exemplis , & intercessiō-  
nibus adjuvémur : Per  
Dóminum nostrum Iesum  
Christum.

A

**2** 3. FEBRUARII. In Feste sancti Blasii.

**AD COMPLETOR.** ut notatur in Breviario,  
post II. Vespertas Præsen-  
tationis Domini.

**AD OFFICIUM  
NOCTURNUM.**

*Invit.* Deum, qui cer-  
tamen forte dedit Justo  
ut vinceret, \* Venite,  
adorémus. *Sap.* 10.

*Pſ.* 94. Venite, exul-  
témus.

**H Y M N U S.**

**QUÆSITA** fuso sán-  
guine Blásium  
Cœlestis ornat púrpura  
Mártyrem:  
Fides habet viétrix  
corónam;  
Justitiæ suus est trium-  
phus.

**DIVINA** quidquid lex ju-  
bet aut vetat,  
Sectátur ardens, sédu-  
lus aut fugit:  
Solus fidélem corde  
regnans

Urget honos Dómini  
Ministrum.

**QUOD** præda victo multa  
perit sibi,  
Orcus minétur víncu-  
la, cárceres:  
Ferrum micet; suspensa  
collo  
**Impávidum** fériet se-  
cúris.

DOCERE plebem quin cù-  
pidus nece,

Cadet peracti víctima  
múneris:

Fusum cruórem, pro  
cruóre,

Quàm bene, Christe,  
tibi rependet!

Qui purpurátâ conspi-  
cuus stolâ,  
Jam nunc triumphas  
Núminis in sinu,  
Blasii, clientes fac saluti,  
Quâ frueris, sociémur  
omnes.

**ÆTERNA** Patri glória ;  
Filio

Laus æqua : sit par  
Spirítui decus,  
Pro lege Christi qui  
cruentam

Impávidos dat adíre  
mortem. Amen.

**IN I. NOCTURNO.**

*Ant.* 3. a. Decrétum  
éxiit.

**P S A L M U S.** 3.  
*Pia Justi ab impiis vexati  
ad Deum querimonia.*

**D**Omine, quid mul-  
tiplicáti sunt qui  
tríbulant me? \*  
multi insurgunt adver-  
sūm me.

Multi dicunt ánimæ  
meæ: \* Non est salus ipsi  
in Deo ejus.

3. FEBRUARII. In Festo sancti Blasii. 3

Tu autem, Dómine,  
susceptor meus es, \* gló-  
ria mea, & exaltans ca-  
put meum.

Voce meâ ad Dómi-  
num clamávi, \* & exau-  
dít me de monte sancto  
suo.

Ego dormívi, & sopor-  
átus sum; \* & exurre-  
xi, quia Dóminus suscé-  
pit me.

Non timébo millia pô-  
puli circumdantis me: \*  
exurge, Dómine; salvum  
me fac, Deus meus.

Quóniam tu percus-  
fisti omnes adversantes  
mihi sine causa, \* den-  
tes peccatórum contrivisti.

Dómini est salus; \* &  
super pôpulum tuum be-  
nédic̄tio tua.

*Ant.* Decréatum éxiit  
in civitátes, ut eos qui  
nollent transire ad institú-  
ta Géntium, interficerent.  
*2. Mach. 6.*

*Ant.* i. f. Cùm com-  
perisset.

PSALMUS 20.  
*De victoriis à Christo, &*  
*à Fidelibus per Chris-*  
*tum, reportatis, gra-*  
*tiarum actio.*

**D**omine, in virtúte  
tua lætabitur rex, \*

& super salutare tuum  
exultabit vehementer.

Desidérium cordis ejus  
tribuisti ei, \* & volun-  
tate labiorum ejus non  
fraudasti eum;

Quóniam prævenisti  
eum in benedictiōibus  
dulcēdinis, \* posuisti in  
cápite ejus corónam de  
lápide pretioso.

Vitam pétuit à te, &  
tribuisti ei: \* longitúdi-  
nem diérum in séculum,  
& in séculum séculi.

Magna est glória ejus  
in salutari tuo: \* glóriam  
& magnum decórem im-  
pónes super eum.

Quóniam dabis eum  
in benedictiōem in sé-  
culum séculi: \* lætifi-  
cabis eum in gáudio cum  
vultu tuo.

Quóniam rex sperat in  
Dómino; \* & in misé-  
ricordia Altissimi non  
commovébitur.

Inveniáatur manus tua  
ómnibus inimícis tuis: \*  
déktera tua invéniat om-  
nes qui te odérunt.

Pones eos ut clibanum  
ignis in tempore vultūs  
tui: \* Dóminus in ira  
sua conturbabit eos, &  
devorabit eos ignis.

A ij

**4 3. FEBRUARII. In Festo sancti Blasii.**

Fructum eorum de terra perdes, \* & semen eorum à filiis hominum;

Quóniam declinavérunt in te mala: \* cogitávérunt consilia, quae non potuérunt stabilire.

Quóniam pones eos dorsum: \* in reliquis tuis præparabis vultum eorum.

Exaltáre, Dómine, in virtute tua: \* cantábimus & psallémus virtutes tuas.

*Ant.* Cùm comperisset constitutam legem, adorabat, confitebaturque coram Deo suo, sicut ante facere consuéverat.

*Dan. 6.*

*Ant. 6. F. Confirmábat.*

**PSALMUS 26.**

*Deus in Christo fidelium lumen & salus: auxilium ejus adversus hostes poscitur.*

**D**ominus illuminatio mea, & salus mea; \* quem timébo?

Dominus protector vitæ meæ; \* à quo trepidabo?

Dum appropiant super me nocentes, \* ut edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei, \* ipsi infir-

mati sunt & cecidérunt.

Si consistant adversum me castra, \* non timébit cor meum.

Si exurgat adversum me prælrium, \* in hoc ego sperábo.

Unam pétii à Dómino, hanc requíram, \* ut inhábitem in domo Dómini omnibus diébus vitæ meæ;

Ut vídeam voluptátem Dómini, \* & visitem templum ejus.

Quóniam abscondit me in tabernáculo suo: \* in die malorum protexit me in abscondito tabernáculi sui.

In petra exaltávit me: \* & nunc exaltávit caput meum super inimicos meos.

Circuivi & immolávi in tabernáculo ejus hóstiam vociferationis: \* cantábo, & psalmum dicam Dómino.

Exaudi, Dómine, vocem meam quâ clamávi ad te: \* miserere mei, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, Exquisivit te fácies mea: fáciem tuam, Dómine, requíram.

3. FEBRUARII. In Festo sancti Blasii. 5

Ne avertas fáciem  
tuam à me: \* ne declí-  
nes in ira à servo tuo.

Adjútor meus esto, ne  
derelinquas me, \* neque  
despicias me, Deus salu-  
tarius meus;

Quóniam pater meus  
& mater mea dereliqué-  
runt me: \* Dóminus au-  
tem assumpfit me.

Legem pone mihi,  
Dómine, in via tua; \*  
& dirige me in sémitam  
rectam propter inimicos  
meos.

Ne tradíderis me in  
ánimas tribulántium me;  
\* quóniam insurrexérunt  
in me testes iníqui, &  
mentita est iniquitas  
sibi.

Credo vidére bona  
Dómini \* in terra vivén-  
tium.

Expecta Dóminum,  
viriliter age; \* & con-  
fortétur cor tuum, &  
sústine Dóminum.

*Ant.* Confirmábat áni-  
mas discipulórum, exhortan-  
tans ut permanérent in  
fide. *Act. 14.*

*V.* Loquébar de testi-  
móniis tuis, Dómine; *R.*  
Et non confundébar. *Pf.*  
118.

De libro Ecclesiástici.

*Lectio j.* Cap. 51.

**C**Onsítébor tibi, Dó-  
mine rex, & col-  
lausdábo te Deum  
salvatórem meum. Con-  
fitébor nómini tuo; quó-  
niam adjútor & protector  
factus es mihi, & liberasti  
corpus meum à perditio-  
ne, à láqueo linguæ iní-  
quæ, & à lábiis operán-  
tium mendácium, & in  
conspectu astántium fac-  
tus es mihi adjútor. Et  
liberasti me secundùm  
multitúdinem misericór-  
diæ nóminis tui à rugiénti-  
bus præparátis ad es-  
cam, de mánibus quæ-  
réntium ánimam meam,  
& de portis tribulatió-  
num quæ circumdedé-  
runt me.

*R.* Vir ætate provec-  
tus, & vultu décorus,  
patienter sústinen, \*  
Destinávit non admittere  
illicita propter vitæ amó-  
rem. *V.* Magis éligens  
affligi cum pépulo Dei,  
quám temporális peccáti  
habére jucunditátem, \*  
Destinávit non admittere  
illicita propter vitæ amó-  
rem. Glória Patri. \* Des-  
tinávit non admittere  
*A* iij.

6 3. FEBRUARII. In Festo sancti Blasii.  
illícita. 2. Mach. 6. Hebr.

11.

Lectione ij.

**L**AUDÁBIT usque ad mortem áнима mea Dóminum, & vita mea appropinquans erat in inferno deorsum. Circumdedérunt me úndique, & non erat qui adjuváret: respiciens eram ad adjutorium hóminum, & non erat. Memorátus sum misericordiæ tuæ, Dómine, & operationis tuæ quæ à século sunt; quóniam éruis sustinentes te, Dómine, & liberas eos de mánibus géntium. Exaltasti super terram habitaciónem meam, & pro morte defluente deprecatus sum.

R. Hortabátur suos ne formidárent ad adventum natiónum, sed sperárent ab Omnipotente sibi af-futúram victóriam; & ita ánimes eórum erectis,  
\* Simul † Ostendébat Géntium falláciam. ¶ Perámbulans ex órdine regiónem, & confirmans omnes discípulos, \* Simul. Glória Patri. † Ostendébat. 2. Mach. 15. Ad. 18.

Lectione iij.

**I**Nvocávi Dóminum patrem Dómini mei, ut non derelinquat me in die tribulatiónis meæ, & in tempore surperbórum, sine adjutório. Laudábo nomen tuum assiduè, & collaudábo illud in confesióne; & exaudíta est orá-tio mea. Et liberasti me de perditióne, & eripuisti me de tempore iníquo. Prop téreà confitébor & laudem dicam tibi, & benédicam nómini Dómini.

R. Multi contradicébant his quæ ab eo dicebantur, blasphemantes;  
\* Et † Excitavérunt persecutiónen in eum. ¶ Dixérunt ímpii: Circumveniámus justum, quóniam contrárius est opéribus nostris; \* Et. Glória Patri. † Excitavérunt. Repe-titur R. Multi. usque ad ¶ Act. 13. Sap. 2.

**IN III. NOCTURNO.**

**Ant. 8. G.** Adduxérunt eum.

**P S A L M U S 53.**  
*Oratio justi adversus hos-tes auxilium deprecantis.*

**D**EUS, in nómine tuo, salvum me fac, \* & in

3. FEBRUARII. In Festo sancti Blasii.

virtute tua júdica me.

Deus, exaudi orationem meam: \* auribus pércepe verba oris mei;

Quóniam alieni insurrexerunt adversum me, & fortes quæsiérunt animam meam, \* & non proposuérunt Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adjuvat me; \* & Dóminus susceptor est animæ meæ.

Averte mala inimicis meis; \* & in veritatem tua disperde illos.

Voluntariè sacrificabo tibi; \* & confitébor nomini tuo, Dómine, quóniam bonum est.

Quóniam ex omni tribulatione eripuisti me; \* & super inimicos meos despexit oculus meus.

*Ant.* Adduxérunt eum ad tribunal, dicentes: Quia contra legem hic persuádet homínibus cōlere Deum. *Act.* 18.

*Ant. 7. c.* Quimissi erant.

PSALMUS 55.

*Anima fidelis in Deo sperans, nihil ab homine timet.*

**M**iserere mei, Deus, quóniam conculcavit me homo: \* totâ

die impugnans tribulávit me.

Conculcavérunt me inimici mei totâ die, \* quóniam multi bellantes adversum me.

Ab altitudine diei timébo; \* ego verò in te sperábo.

In Deo laudábo sermones meos, in Deo sperávi: \* non timébo quid faciat mihi caro.

Totâ die verba mea execrabantur: \* adversum me omnes cogitationes eorum in malum.

Inhabitábunt, & abscondent: \* ipsi calcaneum meum observábunt.

Sicut sustinuérunt animam meam, pro nihilo salvos fácies illos: \* in ira populos confringes.

Deus, vitam meam annuntiavi tibi: \* posuisti lácrymas meas in conspectu tuo, sicut & in promissione tua.

Tunc convertentur inimici mei retrorsum \* in quacumque die invocátero te.

Ecce cognóvi \* quóniam Deus meus es.

In Deo laudábo ver-

bum: \* in Dómino laudábo sermonem.

In Deo sperávi: \* non timébo quid fáciat mihi homo.

In me sunt, Deus, vota tua, \* quæ reddam laudationes tibi;

Quóniam eripuisti ánimam meam de morte, & pedes meos de lapsu, \* ut pláceam coram Deo in lúmine vivéntium.

*Ant.* Qui missi erant à rege ut cogerent immoláre & à lege Dei discédere, dixérunt: Accéde, & fac jussum regis. 1.  
*Mach.* 2.

*Ant.* 4. E. Respondit.

### PSALMUS 56.

*Justi, opem à Deo contra inimicos implorantis, fiducia & gratiarum actio.*

**M**iserére mei, Deus, miserére mei; \* quóniam in te confidit anima mea.

Et in umbra alárum tuárum sperábo, \* donec tránseat iniquitas.

Clamábo ad Deum altissimum, \* Deum qui benefécit mihi.

Misit de cœlo, & liberávit me: \* dedit in

oppróbrium conculcantes me.

Misit Deus misericórdiam suam & veritátem suam, \* & erípuit ánimam meam de médio catulórum leónum: dormívi conturbátus.

Filií hóminum, dentes eórum arma & sagittæ; \* & lingua eórum gládius acútus.

Exaltáre super cœlos, Deus; \* & in omnem terram glória tua.

Láqueum paravérunt pédibus meis; \* & incurvavérunt ánimam meam.

Fodérunt ante fáciem meam fóveam; \* & incidérunt in eam.

Parátum cor meum, Deus, parátum cor meum: \* cantábo & psal-  
mum dicam.

Exurge, glória mea; exurge, psaltérium & cíthara: \* exurgam dilúculo.

Confitébor tibi in populis, Dómine: \* & psalmum dicam tibi in géntibus;

Quóniam magnificáta est usque ad cœlos misericórdia tua, \* & usque ad nubes véritas tua.

## 3. FEBRUARII. In Festo sancti Blasii.

9

Exaltare super cœlos,  
Deus; \* & super omnem  
terram glòria tua.

*Ant.* Respondit: Ego  
& fratres mei non audiē-  
mus verba regis, trans-  
gredientes legis nostræ  
mandata. *i.* *Mach.* *2.*

¶. Non abiit in con-  
silio impiorum; ¶. Sed  
in lege Dómini voluntas  
eius. *Ps.* *1.*

*Lectio iv.*

*Ex Bollando.*

**B**láfius, Episcopus  
Sebasténus in Ar-  
ménia, pro Chri-  
sto Martyr occubuit. Il-  
lius cultum apud orien-  
táles Ecclésias celebérri-  
mum jam ab antiquis tem-  
póribus fuisse patet ex  
vetustissimis eórum Me-  
nológiis. Non minùs cé-  
lebris fuit per omnes Oc-  
cidentis, & máximè Gal-  
liarum Ecclésias sancti  
Blasii memória, populis  
úndique ad ejus patrocí-  
nium confugientibus, ex  
eo máximè tempore quo  
sancti Mártiris reliquiae  
huc illuc per Italiam &  
Gálliam variè translátæ  
sunt.

¶. Respondens ait:  
\* Non colo idóla manu-

facta, sed viventem  
Deum, † Qui fecit cœ-  
lum & terram, & ha-  
bet potestátem omnis car-  
nis. ¶. Quóniam non  
sunt dii qui mánibus  
fiunt, \* Non. Glória Pa-  
tri. † Qui fecit. *Dan.*

14. *A&T.* 19.

De expositione sancti Am-  
bróssi Episcopi in Psal-  
mum centésimum dé-  
cimum octavum.

*Serm.* 21. *num.* 7.

*Lectio v.*

**P**RÍNCIPES persecuti  
sunt me gratis, & à  
verbis tuis formidávit cor  
meum. Benè hoc Martyr  
dicit, quod in justè per-  
secutiónum tormenta sus-  
tineat; qui nihil rapuerit,  
nullum violentus oppré-  
serit, nullius sanguinem  
fuderit, nullius torum pu-  
táverit esse violandum;  
qui nihil légibus débeat,  
& gravióra latrónum sus-  
tinére cogátur supplicia;  
qui loquáatur iusta, &  
non audiátur; qui loquá-  
tur plena salútis, & im-  
pugnétur, ut possit díce-  
re: Cùm loquébar illis,  
impugnábant me gratis.  
Gratis ígitur persecuti-  
onem pátitur, qui impug-

natur sine crímine; impugnáatur innóxius, cùm sit in tali confessióne laudabilis; impugnáatur quasi venéficus, qui in nōmine Dómini gloriátur, cùm pietas virtútum ómnium fundamento sit. Verè frustra impugnáatur, qui apud ímpios & infidos impietatis arcéssitur, cùm fidei sit magister vínce-re, quæ possunt tormenta superáre?

**R.** Injecérunt ei manus; \* Et apprehendentes trahébant eum, & † Sequebátur multitúdo clamans: Tolle eum. **V.** Dixit: Dóminum meum adóro, quia ipse est Deus vivens: quod cùm audissent, indignáti sunt vehementer; \* Et apprehendentes. Glória Patri. † Sequebátur. **A.**

**22 Dan. 14.**

**n. 8. Letio vj.**

**V**Erè is qui gratis impugnáatur, fortis debet esse & constans. Quómodò ergò subtéxuit: Et à verbis tuis trepidávit cor meum? Trepidare infirmitatis est, timoris atque formidinis. Sed est etiam infirmitas ad salú-

tem: est etiam timor Sanctórum. Timéte Dóminum, Sancti ejus; &, Beatus vir qui timet Dóminum. Quā ratione beatus? Quia in mandatis ejus cúpiet nimis. Pone ergo Mártyrem inter pericula constitútum. Pone circumspectantem ómnia plena supplíci, deinde cogitantem mandáta di-vína, illum ignem perpétuum, illam poenæ re-crudeſcentis ærumnam; trepidare corde, ne, dum præsentibus cedit, perpétuis se dedat exi-tiis; perturbári ánimo, dum futuri judicii romphæam illam terribilem quādam conspectus sui ácie contuétur. Nonne hanc trepidationem fidúciæ viri constantis aequábis? In eudem concurrit effectum confidéntia cupientis æterna, & di-vína trepidantis. Sit tamen fórtior ille qui spe-rat; sit fórtior qui præfú-mit.

**R.** Ingémuit, & \* Ait: † Mélius est mihi absque opere incídere in manus vestras, quām peccáre in conspectu Dómini. **V.**

3. FEBRUARII. In Festo sancti Blasii.

11

Cum factus esset impetus  
Gentilium ut contumeliis  
afficerent, \* Ait. Glória  
Patri. † Mélius. Repetitur  
¶. Ingémuit. usque ad ¶.  
*Dan. 13. Act. 14.*

*IN III. NOCTURNO.*

*Ant. 5. a. Gloriosissi-  
mam.*

**P S A L M U S 61.**  
*Frustrà oppugnatur qui  
Deo subiectus in ejus  
tutela manet.*

**N**onne Deo sub-  
iecta erit áнима  
mea? \* ab ipso  
enim salutare meum.

Nam & ipse Deus  
meus, & salutaris meus: \*  
susceptor meus, non mo-  
vébor amplius.

Quousque irrúitis in  
hóminem? \* interficitis  
universi vos tanquam pa-  
rieti inclinato, & macé-  
riæ depulsæ?

Verúmtamen prétium  
meum cogitavérunt re-  
pellere; cucurri in siti: \*  
ore suo benedicébant, &  
corde suo maledicé-  
bant.

Verúmtamen Deo sub-  
iecta esto, áнима mea; \*  
quóniam ab ipso patien-  
tia mea.

Quia ipse Deus meus,  
& Salvátor meus; \* ad-  
jutor meus, non emi-  
grábo.

In Deo salutare meum,  
& glória mea: \* Deus  
auxílii mei; & spes mea  
in Deo est.

Speráte in eo, omnis  
congregatio populi; ef-  
fundite coram illo corda  
vestra: \* Deus adjutor  
noster in æternum.

Verúmtamen vani filii  
hóminum, mendáces filii  
hóminum in statéris, \*  
ut decípiant ipsi de vani-  
tate in idipsum.

Nolite speráre in ini-  
quitáte, & rapinas nolite  
concupiscere: \* divítiae si  
áffluant, nolite cor ap-  
pónere.

Semel locútus est  
Deus, \* duo hæc audívi:

Quia potestas Dei est,  
& tibi, Dómine, miseri-  
códia; \* quia tu reddes  
unicuique juxta ópera  
sua.

*Ant. Gloriosissimam  
mortem magis quam odí-  
bilem vitam complectens,  
voluntariè ibat ad sup-  
plícium. 2. Mach. 6.*

*Ant. 2. D. Conside-  
rans.*

12 3. FEBRUARII. In *Festo sancti Blasii.*

PSALMUS 63.

*Anima fidelis Dei justitiam contra inimicos deprecatur.*

**E**xaudi, Deus, orationem meam, cum deprecor: \* a timore inimici eripe animam meam.

Protexisti me a conventu malignantium, \* a multitidine operantium iniquitatem;

Quia exacuerunt ut gladium linguas suas: \* intenderunt arcum, rem amaram, ut sagittent in occultis immaculatum.

Subit sagittabunt eum, & non timebunt: \* firmaverunt sibi sermone nequam.

Narraverunt ut absconderent laqueos: \* dixerunt, Quis vidabit eos?

Scrutati sunt iniquitates: \* defecerunt scrutantes scrutinio.

Accedet homo ad cor altum, \* & exaltabitur Deus.

Sagittae parvulorum factae sunt plagae eorum; \* & infirmatæ sunt contra eos linguae eorum.

Conturbati sunt omnes

qui videbant eos; \* & timuit omnis homo.

Et annuntiaverunt opera Dei; \* & facta ejus intellexerunt.

Lætabitur justus in Domino, & sperabit in eo; \* & laudabuntur omnes recti corde.

*Ant.* Considerans apparatus varium & ferocitatem, Dominum invocavit, per omnia corpore & animo mori paratus. 2. *Mach.* 15.

*Ant.* 1. a. *Tormenta.*

PSALMUS 69.

*In mediis persecutionibus auxilium & salutem a Deo justus instanter petit.*

**D**eus, in adjutorium meum intende: \* Domine, ad adjuvandum me festina.

Confundantur & revereantur, \* qui querunt animam meam.

Avertantur retrorsum, & erubescant, \* qui volunt mihi mala.

Avertantur statim erubescentes, \* qui dicunt mihi: Euge, euge.

Exultent & laetentur in te omnes qui querunt te; \* & dicant semper,

Magnificetur

3. FEBRUARII. In Festo sancti Blasii. 13

Magnificetur Dóminus,  
qui díligunt salutare tuum.

Ego verò egénuis &  
pauper sum : \* Deus ,  
áduja me.

Adjútor meus & libe-  
rátor meus es tu : \* Dó-  
mine , ne moréris.

*Ant.* Tormenta fuscé-  
pit , ita ut mirarentur  
ejus ánimum , quòd tan-  
quam nihilum dúceret  
cruciátus. 2. *Mach.* 6.

¶. Dóminus mihi ad-  
jútor : ¶. Non timébo  
quid fáciat mihi homo.  
*Pf.* 117.

Léctio sancti Evangélii  
secundum Matthæum.

*Lectio viij.* Cap. 10.

**I**N illo témpore ; Dixit  
Iesus discípulis suis :  
Non est discípulus super  
magistrum , nec servus  
super dómum suum. Et  
réliqua.

Homilia sancti Cypriáni  
Epíscopi & Mártiris.

*Epistola 56. quæ est de*  
*exhortatione ad marty-  
rium ad Thibaritanos.*

**G**AUDÉRE nos in per-  
secutionibus vó-  
luit Dóminus ;  
quia tunc dantur corónæ  
fidei , tunc probantur mí-  
lites Dei , tunc Martyri-

bus patent cœli. Neque  
enim sic nomen militiæ  
dédimus , ut pacem tan-  
tummodo cogitare , &  
recusare militiam debeá-  
mus , quando in ipsa mi-  
litia primus ambuláverit  
Dóminus , humiliatíis &  
tolerantíis passiónis ma-  
gister ; ut quod fieri dó-  
cuit , prior fáceret ; &  
quod pati hortátur , prior  
pro nobis ipse paterétur.  
Sit ante óculos , Fratres  
dilectissimi , quòd qui  
omne judicium à Patre  
solus accépit , & qui ven-  
turus est & judicatúrus ,  
jam judicíi sui & cogni-  
tionis futuræ sententiam  
protúlerit , prænúntians  
& contestans confessúrum  
se coram Patre suo con-  
fitentes , & negatúrum ne-  
gantes.

¶. Cùm semper Deum  
timuerit , non est constris-  
tatus quòd plaga evé-  
nerit ei ; \* Sed † Immó-  
bilis in Dei timóre per-  
mansit. ¶. Apprehensum  
eum vulneravérunt , &  
contumeliis affecérunt ;  
\* Sed. Glória Patri. †  
Immobilis in Dei timóre  
permansit. *Tob.* 2. *Marc.*  
12.

Lectio viij.

**N**eque aliquis persecutionis metu sicut terreatur, ut non evangelicis exhortationibus & præceptis, ac monitis cœlestibus, ad omnia inventiatur armatus. Irascitur adversarius & minatur, sed est qui possit de ejus manibus liberare. Ille metuendus est, cuius iram nemo potest evadere, ipso præmonente & dicente: Ne timueritis eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: magis autem metuite eum qui potest & corpus & animam occidere in gehennam. Et iterum: Qui amat animam suam, perdet illam; & qui odit animam suam in isto seculo, in vitam æternam conservabit illam. Ecce agnus sublimis & magnus, & corona cœlestis præmio gloriósus. Prælantes nos spectat Deus, spectant Angeli ejus, spectat & Christus. Quanta est gloria dignitas, quanta felicitas, præsente Deo congregati, & Christo judecante coronari!

R. Divitias æstimans improprium Christi, aspiciébat in remunerationem: \* Invisibilem enim tanquam videns sustinuit. ¶ Non habuit animi sui tristitiam, & non excidit à spe sua: \* Invisibilem. Glória. \* Invisibilem. *Hebr. 11. Eccli. 14.*

Lectio ix.

**A**rmémur viribus totis, & parémur ad agónem mente incorruptâ, fide integrâ, virtute devotâ. Armat nos Apóstolus, dicens: Induite arma Dei, ut possitis resistere in die nequissimo. Induámus loriam justitiae, ut contra inimici jácula munítum sit pectus & tutum. Calceati sint evangélico magisterio, & armati pedes; ut cum serpens calcari à nobis cœperit, mordere & supplantare non possit. Portémus scutum fidei, quo protegente, quidquid jaculátur inimicus, possit extingui. Accipiámus ad tegumentum capitis, gáleam salutarem: ut muniantur aures, ne audiant edicta feralia; muniantur oculi,

ne videant detestanda simulácrum ; muniátur frons , ut signum Dei incólume servétur ; muniátur os , ut Dóminum suum Chriftum viétrix lingua fateátur. Armémus & déxteram gládio spiritáli , ut sacrificia funesta fórtiter réspuat ; & Eucharístiæ memor , quæ Dómini corpus accépit , ipsum complectátur , póste à Dño sumptúra præmium coéléstium coronárum.

**R.** Cùm plagis peri-  
merétur , \* Vitâ deceffit ,  
universæ genti memóriam  
mortis suæ ad exemplum  
virtutis & fortitudinis de-  
relinquens. **V.** Ludibria  
& vérbera expertus , in-  
super & víncula & cár-  
ceres , \* Vitâ deceffit.  
Glória Patri . \* Vitâ deceffit. Repetitur **R.** Cùm  
plagis. usque ad **V.** 2.  
**Mach.** 6. **Hebr.** 11.

**V.** Sacerd. Adjutor  
meus , tibi psallam ; **R.**  
Quia Deus susceptor  
meus es. **Pf.** 58.

A D L A U D E S .  
*Psaltri de Dominica.*  
**Ant.** **A** nimam & cor-  
i. f. **A** pus suum tra-  
dens pro pátriis légibus ,

hic mundus óbiit , per  
ómnia in Dómino confi-  
dens. 2. **Mach.** 7.

**Ant.** 6. F. Fleverunt  
eum planctu magno , &  
dixerunt : Quómodò cé-  
cidit potens , qui salvum  
faciébat pópulum Israél ?  
1. **Mach.** 9.

**Ant.** 2. D. Nequáquam  
ut mori solent ignávi ,  
mórtuus est ; sed sicut so-  
lent cádere corám filiis  
iniquitatis. 2. **Reg.** 3.

**Ant.** 4. a. **Testimónium.**  
**CANTICUM.** **Sap.** 10.  
*Justo pro fide certanti  
adest Sapientia.*

**S**apiéntia Justum de-  
duxit per vias rectas ,  
& ostendit illi regnum  
Dei ; \* & dedit illi scié-  
tiam Sanctórum.

Honestávit illum in la-  
bóribus , \* & complévit  
labóres illius.

In fraude circumve-  
niéntium illum áffuit illi ,  
\* & honestum fecit illum.

Custodívit illum ab ini-  
mícis , \* & à seductóri-  
bus tutávit illum.

Et certámen forte de-  
dit illi , ut vinceret , \* &  
sciret quóniam ómnium  
poténtior est sapiéntia.

A peccatóribus liberá-  
B ij

vit eum, \* & in vinculis non dereliquit illum :

Donec afferret illi sceptrum regni, \* & potentiā aduersus eos qui eum deprimabant.

Et mendacē ostendit qui maculaverunt illum ; \* & dedit illi claritatēm æternam.

*Ant.* Testimoniūm consecutus est esse justus , testimoniūm perhibente Deo ; & per fidem defunctus , adhuc loquitur.

*Hebr.* 11.

*Ant.* 3. E. Tentatiōnem ideo permisit Dōminus evenire illi , ut pōsteris darētur exemplum patiētiæ ejus. *Tob.* 2.

**CAPITULUM.** *Philip.* 1.

**I**N nullo terreāmini ab adversariis , quia vobis donatūm est pro Christo , non solum ut in eum credatis , sed ut etiam pro illo patiāmini ; idem certamen habentes quale & vidistis in me , & audiūtis de me.

#### HYMNUS.

**S**OLO (voce tonas terribilē , Deus ) Vincenti dabitur lāurea : lānguidi Hæc audita soporem

Cordis discutiat tuba.

**QUID** fractos animis conficiat pavor ?

Spe suffulta necem vincit amans fides :

**Fortem** nempe creatrix

**Finxit** grātia Mārtym̄rem.

**NON** flexit Pūgilem continuus labor :

Crux ad martyrium munierat viam ,

Dūm se , Christe , h̄taret

In jugem tibi viciām.

**SUPPLEX** è lacero corpore profluens ,

Orābat véniam carnifici crūor :

Irae sémina posthac Quisnam pectore nūtriat ?

**SPRETIS** deliciis , da \*

Deus , únicam

Cœli nos mémores jūtitiam sequi :

Solā da crucis ad te Fortes téndere fēmitā.

**SIT** laus summa Patri , summaque Filio ;

Sit par , sancte , tibi glória , Spíritus ,

Quo donante triumphant ,

3. FEBRUARII. In Festo sancti Blasii. 17

Devictâ nece, Blásius.  
Amen.

¶. Firmávit eum Dóminus R. Super inimicos ejus. Ps. 104.

Ad Benedictus.

Ant. 7. G. duplicanda.

In diébus suis non pertimuit príncipem, nec superávit illum verbum áliquod: in vita & in morte mirabilia operátus est. Eccli. 48.

Oratio.

O Mnípotens sempiterne Deus, qui per gloriósae passiónis certámina, ad immortáles triumphos beátum Blásium Mártrem tuum atque Pontificem extulisti: da córdibus nostris dignam pro ejus veneranda Solemnitáte létitiam; ut cuius patrocínio gloriámur, ejus & instruámur exemplis, & intercessiónibus adjuvémur: Per Dñum.

AD HORAS,

Doxologia.

SIT laus Patri, laus Filio;

Par sit tibi laus, Spíritus,  
Qui quos inungis Præfules,  
Hos esse das & Mártres. Amen.

Psalmi de Dominica.

AD PRIMA M.

Ant. 1. f. Animam.

In R. br. ¶. Qui fideli usque ad mortem \* das corónam vitæ.

Apoc. 2.

C A N O N.

Ex Concilio Narbonensi.

Ann. 1609. Cap. 9.

S Anctórum Solemnítates celebrandas Patres censuérunt; ut vel eórum in ánimes nostris excitárent imitationem, vel ut eorumdem méritis consociáti, beatárum ménitium précibus juvarémur. Nam Solemnítates Mártirum, exhortationes martyrorum sunt; ut eos imitári non pígeat, quos celebráre delectat. Tu autem, Dómine, miseré nostri. R. Deo grátiias.

AD TERTIAM.

Ant. 6. F. Flevérunt.

CAPITULUM. 2. Tim. 3.

P Ersecutiōnes sustinui, & ex ómnibus eripuit me Dóminus. Et omnes qui piè volunt vivere in Christo Jesu, persecutiōnem patientur.

[Tempore Septuag. omisso Alleluia. in R. brevi, resumptio fit ad pri-

\* B iii

18 3. FEBRUARII. In Festo sancti Blasii.  
mum Asturiscum \* ; & sic sustinui opprobrium. Ps. 68.

ad Sextam & Nonam.]

R. br. Exquisivi Dóminum, \* Et exaudiuit me, \* Alleluia, alleluia. Exquisivi. ¶. Ex omnibus tribulatiōnibus meis \* eripuit me \* Alleluia. Glória Patri. Exquisivi. Ps. 33.

¶. Fortitudo mea & laus mea. Dóminus, R. Et factus est mihi in salutem. Ps. 117.

AD SEXTAM.

Ant. 2. D. Nequāquam.

CAPITULUM. I. Petr. 4.

Nemo vestrūm patiatur ut homicida, aut fur, aut malédicus, aut alienorum appetitor: si autem ut Christianus, non erubescat; glorificet autem Deum in isto nomine.

R. br. Cepérunt ánimam meam, \* Irruérunt in me fortes, \* Alleluia, alleluia. Cepérunt. ¶. N equae iniqüitas mea, neque peccatum meum, Dómine, \* Alleluia. Glória Patri. Cepérunt. Ps. 58.

¶. Persecuti sunt me inimici mei injuste: R. Propter te, Dómine,

AD NONAM.  
Ant. 3. E. Tentatiōnem.

CAPITULUM. Jac. 1.

O Mne gáudium existimáte, fratres mei, cùm in tentatiōnes varias incidéritis: scientes quod probatio fidei vestræ patientiam operátur; patientia autem opus perfectum habet.

R. br. Firmamentum meum, \* Et refugium meum, \* Alleluia, alleluia. Firmamentum. ¶. Tu es patientia mea, Dómine, Alleluia. Glória Patri. Firmamentum. Ps. 70.

¶. Deo subjecta esto, áнима mea; R. Quóniam ab ipso patientia mea. Ps. 61.

AD II. VESPERAS.

Ant. 1. a. Tu, Dómine.

PSALMUS 109.  
Christi divinitas, regnum & sacerdotium.

D Ixit Dóminus Dómino meo: \* Sede à dextris meis.

Donec ponam inimí-

cos tuos , \* scabellum  
pedum tuorum.

Virgam virtutis tuae  
emittet Dominus ex  
Sion : \* dominare in me-  
dio inimicorum tuorum.

Tecum principium in  
die virtutis tuae in splen-  
doribus sanctorum : \* ex  
utero ante luciferum gé-  
nui te.

Juravit Dominus , &  
non poenitabit eum : \*  
Tu es Sacerdos in æter-  
num secundum ordinem  
Melchisedech.

Dominus à dextris  
tuis : \* confrégit in die  
iræ suæ reges.

Judicabit in nationibus ;  
implébit ruinas : \* con-  
quassabit capita in terra  
multorum.

De torrente in via bi-  
bet : \* propterea exaltá-  
bit caput.

*Ant.* Tu , Domine , de-  
disti in manu servi tui  
salutem maximam atque  
victoriæ. *Judic.* 15.

*Ant. 2. D.* Factus es.

**P S A L M U S** 111.

*Timor Domini , gloria est  
& securitas justorum.*

**B**Éatus vir qui timet  
Dominum , \* in man-  
gatis ejus volet nimis.

Potens in terra erit se-  
men ejus : \* generatio  
rectorum benedicetur.

Glòria & divitiae in  
domo ejus ; \* & justitia  
ejus manet in séculum  
séculi.

Exortum est in ténebris  
lumen rectis ; \* miséri-  
cors , & miserátor , &  
justus.

Jucundus homo , qui  
miseretur & cōmodat ,  
dispónet sermones suos in  
judicio ; \* quia in æter-  
num non commovébitur.

In memória æterna  
erit justus : \* ab auditio-  
ne mala non timébit.

Parátum cor ejus spe-  
ráre in Domino , confir-  
matum est cor ejus : \*  
non commovébitur , do-  
nec despiciat inimicos  
suos.

Dispersit , dedit pau-  
peribus ; \* justitia ejus  
manet in séculum séculi :  
cornu ejus exaltábitur in  
glòria.

Peccátor vidébit , &  
irascétur ; déntibus suis  
fremet , & tabescet : \*  
desidérium peccatórum  
peribit.

*Ant.* Factus es forti-  
tudo egéno in tribula-

20 3. FEBRUARII. In Festo sancti Blasii.

tione sua , spes à turbine ,  
umbraculum ab æstu. *Is.*  
**25.**

*Ant.* 3. a. Portasti  
eum.

**P**SALMUS 115.  
*Sancti pro fide patientes ,  
Christi calicis partici-  
pes efficiuntur.*

**C**réddi, propter quod  
locutus sum ; \* ego  
autem humiliatus sum ni-  
misi.

Ego dixi in excessu  
meo : \* Omnis homo  
mendax.

Quid retríbuam Dó-  
mino \* pro ómnibus quæ  
retríbuit mihi ?

Cálicem salutáris accí-  
piam , \* & nomen Dó-  
mini invocábo.

**V**ota mea Dómino  
reddam coram omni pô-  
pulo ejus : \* pretiosa in  
conspectu Dómini mors  
Sanctórum ejus.

**O**Dómine , quia ego  
servus tuus : \* ego servus  
tuus , & filius ancillæ  
tuæ.

Dirupisti víncula mea : \*  
tibi sacrificábo hóstiam  
laudis , & nomen Dómini  
invocábo.

**V**ota mea Dómino red-  
dam in conspectu omnis

pópuli ejus , \* in átriis  
domús Dómini , in médio  
tuî , Jerúalem.

*Ant.* Portasti eum in  
fortitúdine tua ad habi-  
táculum sanctum tuum  
quod operátus es , Dó-  
mine. *Exod.* 15.

*Ant.* 4. E. Non tur-  
bábitur.

**P**SALMUS 119.  
*Justi ad Deum in tribula-  
tione clamantes exaudi-  
untur.*

**A**D Dóminum , cùm  
tribulárer , clamá-  
vi : \* & exaudívit me.

Dómine , libera án-  
timam meam à lábiis in-  
quis , \* & à lingua do-  
lósa.

Quid detur tibi , aut  
quid apponátur tibi \* ad  
linguam dolósam ?

Sagittæ potentis acú-  
tæ , \* cum carbónibus  
desolatóriis.

Heu mihi , quia inco-  
látus meus prolongátus  
est ! habitávi cum habi-  
táribus Cedar : \* mul-  
tum ícola fuit ánima  
mea.

Cum his qui odérunt  
pacem , eram pacíficus : \*  
cùm loquébar illis , im-  
pugnábant me gratis.

3. FEBRUARII. In Festo sancti Blasii. 21

*Ant.* Non turbabitur  
et amplius; nec addent  
filii iniuitatis, ut affli-  
gant eum sicut prius. 2.  
*Reg.* 7.

*Ant.* 6. F. Absque ter-  
rōre.

PSALMUS 120.  
*Dominus custos anime  
fidelis.*

**L**evavi oculos meos in  
montes, \* unde vē-  
niet auxilium mihi.

Auxilium meum à Dó-  
mino, \* qui fecit cœlum  
& terram.

Non det in commo-  
tione pedem tuum, \*  
neque dormitet qui cus-  
tódit te.

Ecce non dormitabit  
neque dörmiet, \* qui  
custódit Israël.

Dóminus custódit te,  
Dóminus protéctio tua \*  
super manum déxteram  
tuam.

Per diem sol non uret  
te, \* neque luna per  
noctem.

Dóminus custódit te  
ab omni malo: \* custó-  
diat ánimam tuam Dómi-  
nus.

Dóminus custódiat in-  
tróitum tuum & éxitum  
tuum, \* ex hoc nunc,

& usque in séculum.

*Ant.* Absque terrōre  
requiescat, & abundá-  
tiā perfruétur, timore  
malorum sublato. *Prov.*  
1.

CAPITULUM. *Apoc.* 3.

**Q**ui vicerit, dabo ei  
sedere mecum in  
throno meo; sicut &  
ego vici, & sedi cum  
Patre meo in throno ejus.

[Ante Septuag. Alle-  
lúia, allelúia. V. Omnis  
qui te colit, Dómine,  
vita ejus si in probatiōne  
fuerit, coronabitur. Al-  
lelúia. *Tob.* 3.

**H**YMNUS.  
**Q**uem nec blanditiis,  
nec pótuit minis-  
Tentans impróbitas  
vincere séculi,  
Nunc, Blasi, Súpe-  
rūm pércepe gáudia,  
Tantis empta labóri-  
bus.

QUID non mucro tibi,  
dum caput ábscidit,  
Fausto, sancte Pugil,  
vúlnere prófuit?  
Exsolvit misero cárcere  
liberum,  
Cœlo réddidit éxu-  
lem.

JUNCTUS Cœlicolis æmu-  
la víctima,

**22**      **3. FEBRUARII. In Festo sancti Blasii.**

Christo perpétuæ jún-  
geris hóstiaæ :

Te dat , morte citâ  
vincere qui dedit ,  
Æternūm sibi vivere.

**CUJUS** tanta fames , tanta  
fuit sitis ;

Te nunc iustitiæ fons  
satiat patens ;

Immensasque , suâ pró-  
digus , intimæ

Menti delicias parit.

**P**AR devóta tibi da , Deus  
óptime ,

**U**nt corda sitis , par  
premat & fames ;

**U**t desidériis icta fidé-  
libus

Plebs sit réddita Blá-  
sio.

**MERCES** Pontificum ,  
laus tibi sit , Pater ;

Laus sit , Nata , tibi ,  
láurea Mílitum ;

Laus sit Spiritui , flá-  
mine qui suo

Firmat pectora Mártý-  
rum . Amen.

**V.** Magna est glória  
eius in salutári tuo , Dó-  
mine : **R.** Dabis eum in  
benedictiōnem in séculum  
séculi . *Ps. 20.*

*Ad Magnificat.*

**Ant. 5. C. duplicanda.**  
Dilectus Deo & homini-  
bus , cuius memória in

benedictiōne est : magni-  
ficávit eum Deus in ti-  
mōre inimicórum , &  
beatificávit illum in glo-  
ria . *Eccli. 45.*

*Oratio ut suprà ad  
Laudes.*

*Fit Commem. S. Gil-  
berti Abbatis. Ant. Egré-  
dere. V. Potens. Oratio ,  
Deus , cuius múnere beá-  
tus Gilbertus Abbas , &c.  
in Communi Abbatum.*

**AD COMPLETOR.**

*Psalmi de Dominica.*

*Ant. 8. G. Nunc ré-  
quiem dedit Dóminus ;  
& non est satan , neque  
occursus malus . 3. Reg. 5.*

*Hymnus de Tempore ,  
cum sua Doxologia.*

*Ad Nunc dimittis.*

*Ant. 6. F. Deus à se-  
ductóribus tutávit illum ,  
& dedit illi claritatēm  
æternam . Sap. 10.*

**DIEBUS**

**INTRA OCTAVAM  
SANCTI BLASII.**

*Semiduplex.*

**¶ Si adveniente Feriā**  
**IV.** Cinerum , Octava S.  
Blasii nondum sit abso-  
luta , terminatur Feriā  
**III.** præcedenti , & nihil  
amplius fit de Octava eis  
anno . ]

3. FEBRUARII. In Festo sancti Blasii. 25

Omnia (dempto ritu sollemnii) ut in die, exceptis sequentibus.

Psalmi de Feria in toto Officio.

AD NOCTURNUM.

Tres Antiph. v. & R.R.R. de uno ex Nocturnis diei, juxta Feriam.

Lectione j. de Scriptura occurrente, tribus in unam junctis.

Lectione ij. & iij. ut infra in qualibet die.

AD LAUDES.

Psalmi de Feria, cum Cantico de Festo, sub sola Ant. 4. a. Testimonium. quae est quarta Laudum diei.

Non duplicatur Ant. ad Benedictus.

AD VESPERAS.

Psalmi sub sola Ant. 1. a. Tu, Domine. quae est prima de II. Vesperis diei.

Non dicitur v. Alleluiaiticus, nec duplicatur Ant. ad Magnificat.

AD COMPLETORIUM Psalmi & Capitulum de Feria; cetera ut in die.

DOMINICA INTRA OCTAVAM,

[Modò non sit privilegiata] Officium ut in die Festi,

exceptis sequentibus.

Pridie AD VESP.

Psalmi de Sabbato, Antiphona, Capitulum. (omisso R.) Hymnus, v. & Ant. ad Magnificat. (que non dupl.) ut in I. Vesp. Festi, cum Commem. sequentis Dominice.

AD COMPLETORIUM Psalmi & Capitulum de Sabbato: cetera ut in die Festi.

AD OFFIC. NOCT.

Psalmi de Dominica. Antiph. v.v. & R.R. (dempto ritu annuali,) ut in Die.

IN I. NOCTURNO.

Tres Lectiones de Scriptura occurrente.

IN II. NOCTURNO.

Sermo sancti Joannis Chrysostomi.

In laud. S. Juliani Mart.

Lectione iv.

**V**ociferatus est iste Martyr cum Paulo dicente: Deo autem gratias qui triumphat nos in Christo. Quantò afflictionem temporis diuturnitate producēbat tyrannus, tanto patientiam ejus probatiōrem reddēbat. Nam & aurum quod diutiū

cum ignis natura versatum, pūriùs evádit: quemadmodùm & tūm Sancti áнима témpore examinata, magis refulgébat; nec áliud quiddam quām trophæum adversus seipsum & adversus diabolum, Mártylem circumferébat crudelitatis gentílium argumentum, Christianórum pietatis iudicium, virtutis Christi signum máximum, incitamentum & consilium Christi fidélibus, ut prompto & álacri ánimo in iisdem certamínibus persevérent, divinæ gloriæ præcónem, tálium certáminum disciplinæ magistrum. Cunctos enim ad imitatiómem suì, non voce tantùm suádens, sed factis ipsis, tubâ clariórem mittens vocem cohortabátur.

*Lectio v.*

**S**Anctus itaque Martyr in médium producebátur: acerba úndique supplicia circumstábant, metus futurórum, labor præsentium, dolor ingruéntium, eórum quæ expectabantur formido. Tanquam enim hélluæ

quædam immánes, carnífices corpus ejus circumsedentes látera effodiébant, carnem deradébant, ossa denudábant, víscera ipsa interióra per vadébant. Attamen cùm cuncta perveстиgárent, thesaurum fidei deprædari mínimè valuerunt. Enimverò in regum aeráriis ubi aurum aliaque copiōsæ sunt opes reconditæ, si parientes solùm perfóderis, si fores reseráveris, continuò thesaurum objectum vides: at hic, in sancto isto Christumque continentí templo, contrárium accidébat. Perfodiébant muros carnífices, pectora que dirumpébant; & reconditas opes nec cernere, nec ráperē poterant.

*Lectio vi.*

**C**Um corpus Mártiris undequáque scrutarentur, thesaurum tam deprehéndere, fideique divítias exhaúrire non valébant. Tália sunt ánimæ Sanctorum recte facta, quæ nec auférri nec vinci possunt, in ánimæ fortitudine tanquam in asylo

asylo quodam & sacro-sancto loco recóndita ; ut nec óculi tyrannórum ea cernant , nec manus carníficum rápere possit. Sed licet ipsum cor effódiant , cui præcipue crèdita est ánimæ fortitudo ; licet in minúta frusta concídant : nec sic quidem opus exhäuserint , sed eas ampliores étiam reddunt. Hujus rei causa Deus est , qui ánimæ tales inhábitat. Qui verò Deo bellum infert , fieri nequit unquam ut vīctor evádat ; sed neceſſe est ludibriis hábitus , turpiterque superátus abſcedat.

*IN III. NOCTURNO.*  
Léctio sancti Evangélii secundūm Matthæum.

*Lectio viij.* Cap. 10.  
**I**N illo témpore ; Dixit Iesus discípulis suis : Non est discípulus super magistrum , nec servus super dómīnum suum. Et réliqua.

Homilia sancti Augustíni Episcopi.

*Serm. 65. de verbis Ev.*

*Math. 10. Cap. 1. & 2.*

**A**dmonent nos elóquia divína quæ lecta sunt , timen-

do non timére , & non timendo timére. Mártires sancti timendo non timuerunt , quia Deum timendo hómines contempserunt. Quid enim est unde álterum téreat homo hóminem ? Dicat ergò fortissimus Martyr , stans homo ante hóminem : Non tímeo , quia tímeo. Tu quod mináris , si Deus nolit , non facis : quod autem ille minátur , ut fáciat à nullo impedítur. Deinde tu quod mináris , et si permítteris , quid facis ? Usque ad carnem sævis ; áima tuta est , non occides quod non vides ; visibilis visibilem terres : habémus ambo invisibilēm Creatórem , quem simul timére debeámus ; qui hóminem ipsum ex visibili & invisibili créavit : visibilem de terra fecit , invisibilem flatu suo animávit.

*Lectio viij.*

**S**Ubstántia ergò invisibilis , hoc est , áimæ quæ jacentem terram erexit de terra , non timet , cùm pércutis terram. Potes ferire habitaculum ; numquid habitárem ? Fu-

26 4. FEBRUARII. In Festo sancti Gilberti.

git percusso vinculo colligatus, & erit in occulto coronatus. Quid ergo minaris, qui animae nihil facere potes? Per meritum ejus cui facere nihil potes, resurget cui facere aliquid potes. Per meritum enim animae resurget & caro; & habitatori reddetur, jam non ruitura, sed mansura. Ecce, verba Martiris dico: Nec propter ipsam carnem meam timeo comminantem: caro mea subjacet potestati; sed etiam capilli capitatis numerati sunt Creatori. Quid timeo ne carnem perdam, qui nec capillum perdo? quomodo non attendit carnem meam, cui sic nota sunt vilia mea? Ipsum corpus quod percuti & occidi potest, ad tempus cinis erit, in aeternum immortale erit. Sed cui hoc? Cui reddetur corpus ad vitam aeternam etiam occisum, peremptum, dissipatum? Cui reddetur? Ei qui non timuit ponere animam suam, cum non timeret ne occidatur caro sua.

*Lectio ix. de Homilia in Evangelium Dominicæ.*

AD LAUD. ut in die Festi: non duplicatur Ant. ad Benedictus. Fit Commem. Dominica.

AD HORAS, ut in die.

AD PRIMAM, Canon occurrens.

AD VESP. Psalmi de Dominica. Antiphona, Capitulum, (omisso v. Alleluia) Hymnus, v. & Ant. ad Magnificat. (qua non dupl.) ut in die Festi. Fit Commem. Dominica.

AD COMPLETOR. pariter ut in die Festi.

DIE IV. FEBRUARII.  
In Festo  
SANCTI GILBERTI,  
Sempringhamensis Abbatis.

*Duplex-majus.*

Officium ut notatur in Proprio Ecclesie Abbatialis S. Saturnini.

AD LAUD. fit Commem. Octavae S. Blasii.

AD VESP. fit primum Commem. Octavae S. Blasii; deinde Sta Agatha, Virg. & Mart. Ant. Infirma. v. Deus præcinxit. in Communi; Oratio, Deus, sanctæ puritatis amator, in Proprio.

DIE V. FEBRUARII.  
DE OCTAVA.  
De Epistola sancti Clementis Papæ & Mártyris ad Corínthios.

*Epiſt. I. nn. 45. & 46.*

*Lectione ij.*

**P**ersecutionem passi sunt justi, sed ab iniquis: in cácerem sunt conjecti, sed ab ímpiis: lapidati sunt à nefariis; occisi à scelestis, & in justo zelo occupatis. Hæc passi, præclarè tulérunt. Odio & execratione digni, & omni malitiâ pleni, in tantum furoris erupérunt, ut viros in sancto & irreprehensō propórito Deo servientes, contumeliis ac tormentis affécerint: dum nésciunt Altissimum, propugnatorem & protectórem esse eórum qui in pura consciéntia potentissimo nómini ejus insérviunt. Illi verò, in fidúcia tolerantes, gloriæ & honoris hærēdes facti sunt; elevati sunt, & sublimes beatique effecti à Deo in memória ipsorum. Tálibus itaque exemplis & nos adhærere oportet, fratres. Scriptum enim est: Sanctis vos ad-

jungite; quia qui illis adhærent, sanctificabuntur; & rursùs in álio loco: Cum viro innocentie, innocens eris.

*Pro iij. Lectione, legitur prima (omissâ alterâ) de Sta Agatha.*

**AD LAUD.** fit Commem. S. Agathæ. Ant. Factus est. ¶. Hærēditas. in Communi; Oratio propria.

**AD VESP.** fit pri- mūm Commem. S. Amandi Episc. Ant. Elégit. ¶. Beatus. in Communi; Orat. propria.

*Deinde Sta Agathæ. Ant. Casta generatio. ¶. Confessio. Orat. propria.*

**DIE VI. FEBRUARII.**  
**DE OCTAVA.**  
Ex libro sancti Cypriani Episcopi & Mártyris de exhortatione ad martyrium.

*Lectione ij. Cap. 12.*  
**D**urat fortis & reli- giosis meditationi- nibus fundata mens; & adversus omnes diáboli terróres & minas mundi, ánimus immóbilis pre- fbat, quem futurorum fi- des certa & sólida cor- róborat. Clauduntur óculi

C ij

in persecutiōnibus terræ , sed patet cœlum : minátur antichristus , sed Christus tuétur : mors infertur , sed immortálitas séquitur : occiso mundus erípitur , sed restituto paradísus exhibétur : vita temporális extínguitur , sed æterna reparátur. Quanta est dignitas & quanta secúritas , exire hinc lætum , exire inter pressúras & angústias gloriósum ; cláudere in momento óculos quibus hómines videbantur & mundus , & aperíre eosdem statim , ut Deus videátur & Christus ! Tam felíciter migrandi quanta velocitas ! Terris repentè subtráheris , ut in regnis cœlestibus reponáris.

*Lección ij. de S. Amando , duabus in unam junc- tis.*

*AD LAUD.* fit Commem. S. Amandi. Ant. Ego sum. ¶ Elégit. in Communi : Orat. pro pria.

*AD VESP.* pro ejusdem Commem. Ante. Sacerdótes. ¶ Salvum. in Communi : Orat. pro pria.

DIE VII. FEBRUARII.  
DE OCTAVA.  
Sermo sancti Joannis Chrysóstomi.

*Homil. 73. in laud. S. Barlaam Mart.*

*Lección ij.*

**T**unc máximè honóris proprii sensum cápiunt Mártires , cum suos conservos ad bonorum suorum consórtium viderint pervenisse. Itaque si quis Mártyrem laudare velit , Mártires imitétur : si quis Religiónis athlétas celebráre præcóniis velit , illórum labores æmulétur. Et quid fieri potest , dicet áliquis , ut Mártires imitémur ? non enim persecutiōnis est tempus. Et quidem id étiam scio : persecutiōnis quidem tempus non est , at martyrii est tempus : luctárum ejusmodi tempus non est , at corónarum est tempus : non persequuntur hómines , at persequuntur dæmones : non vexat tyran-nus , at vexat diábolus tyrannórum ómnium sæ-vissimus : non objectas prunas cónspicis , at cupiditatis cónspicis flam-

mam accensum. Illi pru-  
nas calcárunt ; tu natúræ  
pyram calca : illi cum  
béstis pugnárunt , tu  
iram immítet & indó-  
mitam bélluam fræna :  
illi adversùs intolerábiles  
dolores stetérunt ; tu ab-  
surdas pravasque cogita-  
tiones , quæ in corde  
tuo púllulant , vince. Ita  
Mártires imitábere.

*Lectio iij.*

**C**ognosce spirituálem  
Mártirum armatú-  
ram , & máximis percep-  
tis utilitátibus hinc disce-  
des. Multum & tibi cum  
diábolo bellum est , di-  
lectissime ; multum , in-  
quam , magnum & pe-  
renne. Disce igitur luc-  
tationes , ut viçtorias imi-  
téris : aspernáre divítias  
ac pecúnias , & omnem  
réliquam séculi pompam.  
Ne beátos júdices eos qui  
dívites sunt , sed eos qui  
martyrium patiuntur ;  
non eos qui in delíciis ,  
sed qui in sartagínibus  
versantur ; non eos qui  
opíparæ mensæ ássident ,  
sed eos qui in lebête tor-  
rentur ; non eos qui diur-  
nis in bálneis , sed eos  
qui in diris sunt fornáci-

bus ; non eos qui olent  
unguenta , sed eos qui fu-  
mum & nidórem usti  
emittunt. Hic multò illo  
præstántior & utilior est  
odor : síquidem ille ad  
supplícium , hic autem ad  
præmia coronasque cœ-  
lestes abdúcit.

*AD VESP. fit Com-  
memor. de S. Joanne de  
Matha, Presb. in Commu-  
ni Justorum pro Sacerd.*

*Ant. Notum faciet. ¶.*

*Oculi mei. Oratio propr.*

**DIE VIII. FEBRUARII.**

**DE OCTAVA.**

Sermo sancti Augustini  
Episcopi.

*Serm. 131. in Nat. Mart.  
alias 100. de diversis.*

*n. 5.*

*Lectio ij.*

**Q**uid mirámini , fra-  
tres , si amatóres Dei  
Mártires tanta pertulé-  
runt , ut acquirerent  
Deum ? Amatóres auri  
vidéte quanta patientur.  
Hiemálibus asperitátibus  
se navigando commit-  
tunt. Sic fervent avarí-  
tiâ , ut nulla formídent  
frigora. Jaçtantur ventis ;  
suspenduntur & deprí-  
muntur flúctibus ; ineffa-  
bilibus péculis usqüe ad

**C iiij**

mortem agitantur. Dicant & ipsi auro : Propter te mortificámur totâ die. Dicant Mártires Christo : Propter te mortificámur totâ die. Vox quidèm est símilis, sed causa est valdè dissímilis. Ecce utrique dixérunt, isti Christo, illi auro : Propter te mortificámur totâ die. Respóndeat Christus suis Martyribus : Si moriémini pro me, & vos inveniétis & me. Respóndeat autem aurum aváris : Si naufragáveritis pro me, & vos perdéritis & me. Aman-tes ergo & imitantes, non inániter amantes, sed amantes & imitantes, dies Mártirum celebrémus. Cum illis enim sine fine regnábimus, si eos fidéliter & non inániter diligámus.

*Lectio iii. de S. Joanne de Matha, duabus in unam junctis.*

*AD LAUD. fit Comm. S. Joannis de Matha. Ant. Fidúciam. ¶. Emitte. Oratio propria.*

*AD VESP. fit pri-mùm Commem. Sta. Apol-lonia, Virg. & Mart.*

*Ant. Infirma. ¶. Deus. Oratio, Deus, qui inter. in Communi. Deinde S. Joannis. Ant. Operatus est. ¶. Sacerdótes. Oratio propria.*

DIE IX. FEBRUARII.

DE OCTAVA.

Sermo sancti Cæsarii Episcopi.

*In Append. Tom. V. Oper. S. August. Edit. Bened. Serm. 224. n. 1. Lectio ij.*

**N**on martyrium sola sanguinis effusio consummat, nec sola dat palmam exústio illa flammárum. Pervenitur non solum occásu, sed etiam contemptu carnis ad corónam. Absque injúria Sanctórum in persecutió-nibus defunctórum dicere liceat : Carnem affixisse, libidinem superasse, avarítiae restitisse, de mundo triumphasse, pars magna martyrii est. Si verò, fratres dilectissimi, ad consórtium Mártirum volumnus pervenire, de imitatióne Mártirum cogitémus. Debent enim in nobis áliquid recognoscere de suis virtútibus, ut pro nobis dignentur

Dómino supplicári. Si enim tormenta quæ sancti Mártires pertulérunt, fufferre non póssumus; vel contra malas concupiscentias, ipsis intercedéntibus repugnémus. Et quia non defunt quotidiána peccáta, non defunt étiam quotidiána remédia.

*Lectio iij. de Sta Apollonia, duabus in unam junctis.*

*AD LAUD.* fit Commem. *Sta Apollonia.* *Ant.* Factus est. *¶.* Hæreditas. *Oratio,* Deus, qui inter. in Communi.

*VESP.* de Die Octava.

*DIE x. FEBRUARII.*

Octava

**SANCTI BLASII,**  
Episcopi & Martyris.

*Duplex-majus.*

**AD I. VESPERAS.**  
*Psalmi de Feria.*

*Ant.* **A** Sfumam te, ser-  
3. a. ve meus, dicit Dóminus, & ponam te quasi signaculum, quia te elégi. *Agg. 2.*

*Ant.* 7. c. Ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis ut tentemini, & habébitis tribulatiórem. *Apoc. 2.*

*Ant.* 2. D. Quóniam servasti verbum patiētiæ meæ, & ego servábo te ab hora tentatiōnis quæ ventúra est. *Apoc. 3.*

*Ant.* 8. G. Liberábo te in die illa, & erit áнима tua in salútem, quia in me habuisti fidúciam. *Jer. 39.*

*Ant.* 6. F. Nihil horum timeas quæ passurus es: esto fidélis usque ad mortem, & dabo tibi corónam vitæ. *Apoc. 2.*

**CAPITULUM. A.D. 20.**

**V** Incula & tribulatiōnes me manent; sed nihil horum véror, nec facio ánimam meam pretiosiorem quam me, dummodò consummem cursum meum, & ministerium verbi quod accépi à Dómino Jesu.

**R.** In omni fidúcia magnificabitur Christus in córpore meo, sive per vitam, sive per mortem: \* Mihi enim vivere Christus est & mori lucrum. *¶.* In quocumque loco fueris, Dómine, sive in morte, sive in vita, ibi erit servus tuus: \* Mihi enim. Gloria Patri: \* Mihi enim. *Philipp. 1. 2. Reg. 15.*

*Hymnus*, Quæsita fu-  
so sanguine Blásium. 2.

℣. Dóminus illumi-  
natio mea & salus mea;  
quem timébo? ℣. Dómi-  
nus protector vitæ meæ;  
à quo trepidábo? *Pf.* 26.

*Ad Magnificat.*

*Ant.* 5. a. In die tri-  
bulatiōnis ego in Dómi-  
no gaudébo, & exultábo  
in Deo Iesu meo: Deus  
Dóminus fortitudo mea.

*Habac.* 3.

*Oratio*, Omnipotens.  
*ut in die.* 17.

*Fit Commem. St& Apol-*  
*lonia.* *Ant.* Casta. ℣.  
*Confessio. Oratio propria.*

*Deinde St& Scholasti-*  
*ce, Virg. Ant.* Complá-  
cuit. ℣. Audi. *Oratio propria.*

*AD COMPLETOR.*  
*Psalmi & Capitulum de*  
*Feria: reliqua ut in die.*

*AD OFFICIUM*

*NOCTURNUM.*

*Omnia ut in die, ex-*  
*ceptis que sequuntur.*

*Demitur ritus annua-*  
*lis, & servatur ritus du-*  
*plex, tam in Invit. quam*  
*in R&R. Psalmi de Feria.*

*IN I. NOCT.* *Lec-*  
*tiones de Scriptura oc-*  
*currente.*

*IN II. NOCTURNO.*

Sermo sancti Basiliī  
Episcopi.

*Hom.* 18. *de S. Barlaam*  
*Mart.*

*Leetio iv.*

**P**rimùm quidem Sanctórum mors planctu  
ac lacrymis cohonestabá-  
tur. Vehementer mórtuum Jacob deflēvit Jo-  
seph, & Mosis mortem  
Judæi haud parùm plan-  
xerunt. Samuélem quo-  
que multis lacrymis or-  
nárunt. Nunc verò moriéntibus Sanctis exultá-  
mus. Tristium namque  
post crucem Dómini im-  
mutata est natúra. Jam  
non amplius Sanctórum  
óbitus lamentatiōibus  
profsequimur, sed tripú-  
diis divinis circùm ipsó-  
rum sepultra véluti cho-  
réas dúcimus. Somnus  
enim Justis est mors,  
immò pótius migratio ad  
vitam meliórem. Hinc  
fit ut exultent Mártires,  
dum trucidantur: nam  
desidérium felicioris vitæ,  
jugulatiōnis dolorem ex-  
tinguit & emórtuum red-  
dit. Pericula non résipit  
Martyr; corónas respi-  
cit. Plagas non horret,

sed præmia númerat. Non videt lictores infernè flagellantes, sed Angelos supernè latis omnibus acclamantes imaginatur. Non spectat ad temporaria pericula, sed ad præmiorum æternitatem.

*Lectio v.*

**Q**UANDO pietatis amor ánimum hóminis præoccupat, quodcumque illi pugnárum genus ridiculum reddit; & quotquot illum adamátæ rei gratiā cædunt, delectant magis quām consternant. Testis mihi est affectus ille ac desidérium Apostolórum, unde Judæórum ipsis aliquando flagella jucunda reddita sunt. Abibant enim, inquit, gaudentes à conspectu concilii, quod digni hábiti essent qui pro nomine Jesu contumeliam paterentur. Talis & nobis hodie laudátur miles, qui supplicia loco gáudii duxit: flagellis se tanquam rosis ímpeti arbitratus, pietatis obfuscationem non secùs atque jacula quædam declinavit: judiciárium fu-

rórem quasi quamdam fumi offusiónem reputavit: éfferas satélitum ácies risit; pericula calcávit, quasi super rosis tripudiaret.

*Lectio vi.*

**P**LAGIS affectus lætátus est, ac si honore afficerétur: in suppliciis vehementioribus non secùs exultávit, quām si præclara bravía accipere: nudátos gládios désputuit: manus lictorum tanquam cerà mollióres sustinuit: lignum tormento deputatum, véluti salutiferum, complexus salutávit: cárceris clausurā, quasi prato quodam víridi, oblectatus est.... Sed quid puerili balbútie victórem extenuo? Quin magnificientiis laudum ipsius linguis cedámus. Sonantiores doctórum tubas ad illis præcónia advocémus. Exúrgite nunc, ô præclari athleticórum gestórum pictóres; multilam ducis imáginem vestro illustráte artificio. Discédam, certáminum ac victoriárum Mártiris à vobis pósitâ imágine

**victus.** Plorent dæmones,  
Mártiris in nobis perculsi  
victoriis.

**IN III. NOCTURNO.**

**L**ectio sancti Evangélii  
secundum Matthæum.

*Lectio vii.* Cap. 16.

**I**n illo tempore; Dixit  
Iesus discipulis suis:  
Si quis vult post me ve-  
nire, abneget semetip-  
sum, & tollat crucem  
suam, & sequatur me.  
Qui enim voluerit ani-  
mam suam salvam fáce-  
re, perdet eam. Et ré-  
liqua.

**Homilia sancti Augustini**

**Episcopi.**

*Serm. 331. in Natali  
Martyrum. n. 1.*

**I**llâ Evangélicâ tubâ,  
quando ait Dóminus,  
Qui amat ánimam suam,  
perdet illam; & qui per-  
diderit illam propter me,  
invéniet eam, accensi-  
funt Mártires, & vicé-  
runt; quia non de se,  
sed de Dómino præsum-  
pserunt. Duóbus modis  
intelligi potest quod dic-  
tum est, Qui amat áni-  
mam suam, perdet illam.  
Si amas illam, perdis  
eam. Et álio modo:  
Noli amare, ne perdas.

Prior modus istum habet  
sensum: Si amas, perde  
illam. Hic sémina illam,  
& in cœlo metes illam.  
Agrícola si non triticum  
perdidit in sémine, non  
amat in messe. Alius  
modus sic habet: Noli  
amare illam, ne perdas  
illam. Videntur sibi amá-  
re áimas suas, qui ti-  
ment mori. Animas suas  
Mártires si sic amassent,  
procul dúbio perdidis-  
sent. Quid enim prodes-  
set tenére áimam in hac  
vita, & pérdere in fu-  
tura?

*n. 1. & 2. Lectio viii.*

**S**ed quia Christum non  
negavérunt, transié-  
runt de hoc mundo  
ad Patrem. Quæsírunt  
Christum, confitendo  
tenuérunt; moriendo  
magno lucro perdidé-  
runt áimas suas, fœnum  
perdentes, corónam pro-  
merentes, & vitam sine  
fine tenentes. Fit déni-  
que, imò factum est in  
eis quod Dóminus sub-  
sequenter adjunxit: Et  
qui perdiderit áimam  
suam propter me, invé-  
niet eam. Qui perdide-  
rit, inquit, propter me;

tota causa ibi est. Qui perdiderit, non quomodo cumque, non quálibet causâ, sed propter me. Illi enim in prophetia jam dixerunt Mártires: Propter te mortificámur totâ die. Propterea Mártirem non facit pœna, sed causa.

*Lectio ix. de Sancta Scholastica.*

*AD LAUD.* Psalmi de Feria, cum quinque Antiph. & Canticis de die Festi. Ant. ad Benedictus, non duplicatur.

*Fit Commem. Sancte Scholastice.* Ant. Exultabit. *V.* Sitivit. *Oratio propria.*

*AD HORAS,* Psalmi de Feria: cetera ut in Die.

*AD PRIMAM,* Capitulum, Vide. Canon occurrentis.

*AD II. VESPERAS.* Psalmi de Feria.

*Ant.* **TU**, Dómine, i. a. **I** dedisti in manu servi tui salutem máximam atque viatóriam. *Judic.* 15.

*Ant.* 2. **D.** Factus es fortitudo egéno in tribulatione sua, spes à turbe, umbraculum ab æstu. *Is.* 25.

*Ant.* 3. a. Portasti eum in fortitudine tua ad habitaculum sanctum tuum quod operatus es, Dómine. *Exod.* 15.

*Ant.* 4. **E.** Non turbabitur amplius; nec aduent filii iniquitatis, ut affligant eum sicut prius.

2. *Reg.* 7.

*Ant.* 6. **F.** Absque terrorē requiescat, & abundantiā perfrueretur, timore malorum sublatō. *Prov.* 1.

*Capitulum (omisso V. Alleluia) Hymnus, &c. ut in Die.* Non duplicatur Ant. ad Magnificat.

*Fit Commem. Sancti Benedicti, Anianensis Abbatis.*

*Ant.* Egrédere de cognatione tua, & de domo patris tui; & veni in terram quam monstrabō tibi: faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi. *Genes.* 12.

*V.* Potens in terra erit semen ejus: *R.* Generatio rectórum benedicetur. *Ps.* 111.

Orémus.

**D**eus, qui beatum Benedictum Abbá-

6

10. FEBRUARII. *De Octava.*

tem, Spíritus tui fervóre  
& disciplinæ zelo replé-  
tum, reguláris observán-  
tiæ instauratórem stré-  
nuum effecisti; da nobis  
ejus méritis & intercessió-  
ne, ut reformáti in no-  
vitáte sensùs nostri, &  
in sancta conversatióne

viventes, viam manda-  
tórum tuórum dilatáto  
corde currámus: Per  
Dóminum nostrum.... in  
unitáte ejusdem Spíritus,  
&c.

*AD COMPLETOR.  
Psalmi & Capitulum de  
Feria: cetera ut in Die.*



DIE IV. MAI.

IN FESTO

## SANTÆ MONICÆ,

Matris S. Augustini, Viduæ.

## SOLEMNEMINUS.

*Pridie, in II. Vesperis Inventionis sancte Crucis, pro Commemoratione sancte Monice,*

*Ant.* Non despiciet Dóminus víduam, si effundat loquélam gémitus: deprecatio illius usque ad nubes propinquábit, alleluia. *Ecli. 35.*

*V.* Dóminus víduam fuscípiet, *R.* Et vias peccatórum disperdet. *Ps. 145.*

*Oratio*, Deus, mœréntium consolátor. *infrà ad Laudes.*

## AD NOCTURNUM.

*Init.* Dóminum convertentem luctum suórum in gáudium, \* Veníte, adorémus, alleluia. *Jer. 31.*

*Ps. 94.* Veníte, exultémus.

## HYMNUS.

**T**E piám matrēs célebrent parentēm;  
Te simul totus modulétur orbis:  
Séculis cunctis mémore vigébis,  
Mónica, laude.

**V**ANA quem fallunt simulára divūm,  
Incitant sponsum tua facta: pravos  
Exuit mores, docilisque verum  
Numen adorat.

**Q**UO novus tete rapit ardor? Afrum  
Tu solum linquens,  
pélagi procellas  
Sternis, & natum séqueris remótas  
Mœsta per urbes.

**S**CILICET, mater benē Christiána,  
**D**

Nocte sub densâ gemitis hunc sepultum ;  
Et prius mundo génitum , peroptas  
Gignere Christo.

FUNDIS hinc imo pia vota corde ,

Inferens gratâ prece vim Tonanti :

Hinc graves fletus ; dolor hinc amarus  
Pectora torquet.

CHRISTE , qui flentem Víduam benigno

Réspicis vultu , tibi laus perennis :

Laus Patri compar ; sit & æqua sancto

Semper Amori. Amen.

*Psalmi de Feria in toto Officio.*

Ant. 1. f. Hæc Vídua non discedebat de templo , jejuniis & orationibus seriens nocte ac die.

Luc. 2.

Ant. 7. c. Exclamavit , dicens : Obsecro te , Dómine , réspice in filium meum , alleluia. Luc. 9.

Ant. 4. E. Numquid oblivisci potest mulier infantem suum , ut non misercatur filio úteri sui ? Alleluia. Is. 49.

¶. Dómine Deus , misérator & misericors , ¶.

Salvum fac filium ancillæ tuæ. Ps. 85.

Lectione j. de Scriptura occurrente ; è tribus sic una.

¶. Prosternens se Dómino , \* Clamabat ad Dóminum , dicens : Súbveni , quæso te , Dómine Deus , mihi víduæ , alleluia , alleluia. ¶. Sérviens Dómino cum omni humilitate & lacrymis , \* Clamabat. Judith 9. Ad. 20.

Lectione ij.  
Ex Operib. S. Augustini , præsertim ex lib. Confession.

MOnica , sancti Augustini dupliciter mater , quia eum & mundo & cœlo pèperit , Patrictum conjugem , cui velut domino semper servierat , extrémo ejus vitæ tempore ad Christi fidem adduxit. Lapsa in Manichæorum hæresim filio , cùm pro ejus conversione multis lacrymis Deum precaretur ; audivit à quodam Episcopo : Fieri non potest ut filius istarum lacrymarum pereat. Terrâ marique illum secuta , Mediolani innotuit Am-

brósio , qui Augustino  
gratulátus est quòd eam  
matrem habéret. Ibi cùm  
ad memórias Sanctórum ,  
sicut in Africa solébat ,  
pultes cum pane & me-  
ro attulisset , atque ab  
Ostiário prohiberétur ;  
ubì hoc Episcopum ve-  
tuisse cognóvit , tám  
piè obsecúta est , ut ipse  
mirarétur Augustinus  
quòd tám fáciè accusá-  
trix pótius consuetudinis  
suæ , quàm disceptatrix  
illius prohibitiónis effecta  
fuiisset. Rédiens in Afri-  
cam cum Augustino ,  
qui , ejurátâ hæresi , ab  
Ambrósio baptizátus füe-  
rat ; cùm ad Ostia Ti-  
berina constitisset , sic  
filium est allocúta : Fili ,  
nullâ jam re delector in  
hac vita : quid híc fáciam  
adhuc , & cur híc sim  
nescio , jam consumptâ  
spe hujus séculi : unum  
erat propter quod in hac  
vita aliquántulum immo-  
rári cupiébam , ut te  
Christiánum Cathólicum  
vidérem , priusquam mó-  
rerer : cumulatiùs hoc  
mihi Deus meus præ-  
titit , ut te étiam , con-  
temptâ felicitate terrénâ ,

servum ejus videam.  
Quinto póst die in febrem  
ícidit ; & astantem ín-  
tuens Augustinum cum  
fratre ejus Navigio : Po-  
nétis hic , inquit , ma-  
trem vestram ; illud au-  
tem vos rogo , ut ad al-  
táre Dómini meminéri-  
tis mei. Die nono ægri-  
tudinis suæ , ætatis anno  
quinquagésimo - sexto ,  
ánimam Deo réddidit.  
Tùm Evódius , succinen-  
te totâ domo , cantare  
cœpit Psalmum , Misericórdiam & judicium can-  
tábo tibi , Dómine. Juxtâ  
sepulcrum pósito cadáve-  
re , priusquam depone-  
réatur , oblata est pro ea ,  
ut refert Augustinus , sa-  
crificium prétiū nostri Deo  
ad ejus altáre , cui ipsa nul-  
lius diéi prætermissióne  
servierat , & unde nóve-  
rat dispensari víctimam  
sanctam quâ delétum est  
chirógraphum contrá-  
rium nobis.

R. Vox audita est plo-  
rantis : Filius honorabilis  
mihi ; idcirco conturbáta  
sunt viscera mea super  
eum : \* Miserans miseré-  
bor ejus , ait Dóminus ,  
allelúia , allelúia .

D ij

gábat Jésum ut sanáret filium ejus : \* Miserans.

*Jer. 31. Joan. 4.*

Léctio sancti Evangélii secundum Lucam.

*Léctio iij. Cap. 7.*

**I**N illo tempore ; Ibat Jésus in civitatem quæ vocatur Naím : & ibant cum eo discípuli ejus , & turba copiosa. Cùm autem appropinquarent portæ civitatis , ecce defunctus efferebatur filius unicus matris suæ ; & hæc vídua erat. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrózii Episcopi.

*Exposit. Evang. sec. Luc. lib. 5. n. 92.*

**S**I grave peccatum est quod poenitentiae lácrymis ipse lavare non possis , fleat pro te mater Ecclésia , quæ pro singulis , tanquam pro unicis filiis vídua mater intervenit. Compátitur enim quodam spiritáli dolore natüræ , cùm suos liberos lethálibus vitiis ad mortem cernit urgéri. Víscera sumus de vísceribus ejus ; sunt enim & spiritalia víscera. Nos ergo víscera sumus Ecclésiæ ; quóniam membra

sumus corporis ejus , de carne ejus , & de óffibüs ejus. Dóleat igitur pia mater , assistat & turba : non solum turba , sed etiam multa compatiatur bonæ parenti. Jam resurges à fúnere , jam liberáberis à sepulcro : stabunt illi ministri tui fúneris , incípies vitália loqui , timébunt omnes ; unius enim exemplo plúrimi corrigentur. Laudabunt etiam Deum , qui tanta nobis remédia vitandæ mortis indúserit.

**R.** Forti ánimo esto : \* Dóminus cœli det tibi gáudium pro tædio quod perpessa es , allelúa , allelúa. **V.** O múlier , magna est fides tua ; fiat tibi sicut vis : \* Dóminus cœli. Glória Patri. Repe titur **R.** Forti ánimo. usque ad **V.** *Tob. 7. Matth. 15.*

Te Deum.

**V.** *Sacerd.* Juxtà est Dóminus iis qui tribulatio sunt corde ; **R.** Et húmiles spíritu salvábit. *Ps. 33.*

**A**D LAUDES.  
*Ant.* **C**um esset amáro  
**2. D.** C ánimo , orávit

**4. MAIL. In Feste Sancte Monice.** 41

ad Dóminum flens lárgi-  
ter ; & recordátus est  
ejus Dóminus , allelúia.

**I. Reg. 1.**

**Ant.** 3. g. Aít ei Sa-  
cerdos : Vade in pace ,  
& Deus det tibi peti-  
tiónem tuam quam ro-  
gasti eum , allelúia. **I.**  
**Reg. 1.**

**Ant. 1. a.** Dominábi-  
tur tui qui fecit te, quia  
ut mulierem mōrentem  
spíritu vocávit te Dómi-  
nus , allelúia. **Is. 54.**

**Ant. 4. d.** Quiescat.

**CANTICUM. Eccli. 35.**  
**Humilium in afflictione**  
**positorum deprecatio-**  
**nem exaudit Deus.**

**N**on accípiet Dómi-  
nus persónam in  
páuperem , \* & de-  
precationem læsi exáu-  
diет.

Non despíciet preces  
pupilli , \* nec víduam ,  
si effundat loquélam gé-  
mitūs.

Nonne lácrymæ víduæ  
ad maxillam descen-  
dunt , \* & exclamatio  
ejus super deducentem  
eas ?

A maxilla enim af-  
cendunt usque ad cœ-  
lum ; \* & Dóminus

exaudítor non delectábi-  
tur in illis.

Qui adórat Deum in  
oblectatióne , suscipié-  
tur ; \* & deprecátió il-  
lius usque ad nubes pro-  
pinquábit.

Orátió humiliantis se  
nubes penetrábit : \* &  
donec propinquet , non  
consolábitur ; & non dis-  
cédet , donec Altissimus  
aspiciat.

**Ant.** Quiescat vox tua  
à plorátu , & óculi tui à  
lácrymis ; quia est merces  
óperit tuo , allelúia. **Jer. 31.**

**Ant. 8. G.** Oratiónes  
tuæ ascendérunt in me-  
móriam in conspectu  
Dei , allelúia. **Aét. 10.**

**CAPITULUM. 1. Tim. 5.**

**Q**Uæ verè vídua est &  
desoláta , speret in  
Deum , & instet obsecra-  
tiónibus & oratióibus  
nocte ac die.

**H Y M N U S.**  
**O** QUANTA matris  
cáritas !

Noctu diúque pláncti-  
bus  
Votis & instat ánxia ,  
Natum requírens pér-  
ditum.

JAM parce luctu , Mó-  
nica ;

D iiij

**42 4. MAI. In Feste Sanctæ Monicæ.**

Stabit fides oráculi :  
Perire non unquam  
potest  
Tot lacrymárum fi-  
lius.  
**QUEM** parturisti tam diu  
Casto gemens sub pécc-  
tore ,  
Bis mater , hunc nasci  
Deo  
Felicius lætaberis :  
**OPTATUS** en dies adest  
Quo vota complentur  
tua :  
Audit pias Deus pre-  
ces ,  
Luctus amáros excipit .  
**NON** hunc nefandis ám-  
plius  
Deludet Error fráudi-  
bus ,  
Qui fléribus victus tuis  
Jam Veritati subditur .  
**NUNC** ergo cultus lúgu-  
bres  
Mœstosque vultus é-  
xuens ,  
Lætare , mater , & pio  
Testare plausu gáudia .  
Et vos , beati Spíritus ,  
Aulæ perennis ícolæ ,  
Lætis parenti vos decet  
Congratulári cántibus .  
**SOLATOR** ô mœréntium ,  
Jesu , tibi sit glória ,  
Cum Patre cumque  
Spíritu ,

In sempiterna sécula :  
Amen .

**V.** Quantas ostendisti  
mihi tribulatiónes , Dómi-  
ne ! **R.** Et conversus con-  
solátus es me . *Psf. 70.*

*Ad Benedictus.*

**Ant.** 6. F. *duplicanda.*  
Dóminus misericórdiâ  
motus super Víduam , dixit  
illi , Noli flere ; & dedit  
filium matri suæ , alle-  
luia . *Luc. 7.*

*Oratio.*

**D** EUS mœréntium con-  
solátor , & in te  
sperántium salus , qui  
beátæ Mónicæ pias lá-  
crys in converxióne  
filii sui Augustini mis-  
ericorditer suscepisti ; da  
nobis utriusque interven-  
tu peccáta nostra pœni-  
tentiæ lácrys eluere ,  
& grátiæ tuæ indulgén-  
tiam invenire : Per .

*Non fit Commemoratio  
de Cruce.*

**A D H O R A S ,**  
*Doxologia.*

**SOLATOR** ô mœrént-  
tium ,  
Jesu , tibi sit glória ,  
Cum Patre cumque Spí-  
ritu ,  
In sempiterna sécula .  
Amen .

## AD PRIMAM.

*Ant.* 2. D. Cùm ef-*In. R. br. V.* Qui post lacrymatiōnem & fletum, \* exultatiōnem infundis. *Tob.* 3.

## C A N O N .

Ex sancto Augustino.

*Epiſt.* 130. ad *Probam**Vid.* *Script.* ann. 412.*Cap.* 15. nn. 29. & 30.

**D**ominus, cùm semper ad orandum & non deficiendum nos hortarétur, Víduam commemorávit .... Quid autem in hoc óperis géne-re in Víduis electum est, nisi destitútio & desolátio? Quapropter, si se omnis ánima intélligat in hoc século destitútam atque desolátam quándiu peregrinátur à Dómino, profectò quamdam vi-duitátem suam Deo de-fensóri assiduâ & impen-síssimâ precatiōne com-mendat. Tu autem.

## AD TERTIAM.

*Ant.* 3. g. Ait ei.**CAPITULUM.** *Thren.* 3.

**N**on repellat in sem-piternum Dómi-nus; quia si abjécit, & miserébitur secundūm

multitúdinem misericor-diárū suarū.

*R. br.* Exáudiet Deus, \* qui est ante sécula, \* Allelúia, allelúia. Exáudiet. *V.* Non dabit in æternum \* fluctuatiō-nem, \* Allelúia. Glória Patri. Exáudiet. *Ps.* 54.

*V.* Spera in Deo; *R.* Et dabit tibi petitiones cordis tui. *Ps.* 36.

## AD SEXTAM.

*Ant.* 1. a. Dominabitur.**CAPITULUM.** *Thren.* 3.

**O**culus meus afflictus est, nec tacuit, eò quòd non esset réquies, donec respiceret & vidéret Dóminus de cœlis.

*R. br.* Dómine, ante te \* omne desidérium meum, \* Allelúia, alle-lúia. Dómine. *V.* Et gémitus meus \* à te non est absconditus, \* Allelúia. Glória Patri. Dómine. *Ps.* 37.

*V.* Ad te clamávi, dum anxiarétur cor meum; *R.* Quia factus es spes mea, Deus. *Ps.* 60.

## AD NONAM.

*Ant.* 8. G. Oratiōnes tuæ.**CAPITULUM.** 1. *Joan.* 5.

**H**æc est fidúcia quam habémus ad Deum,

44 4. MAI. In Feste Sancte Monice.

quia quæcumque petiéri-  
mus secundum voluntá-  
tem ejus , audit nos.

R. br. Exaudívit Dó-  
minus \* vocem fletus  
mei , \* Allelúia , allelúia.  
**E**xaudívit. v. Dóminus \*  
orationem meam suscé-  
pit , \* Allelúia. Glória  
Patri. Exaudívit. Ps. 6.

v. Benedictus Deus ,  
R. Qui non amóvit ora-  
tionem meam & miseri-  
cordiam suam à me. Ps. 65.

**A**D II. VESPERAS.  
**A**nt. **L**Audáte Domi-  
n. **D**num Deum nos-  
trum , qui in me ancilla  
sua adimplévit misericór-  
diā suā , allelúia. Ju-  
dith 13.

**A**nt. 2. **D**. Filius meus  
mórtuus erat , & revixit;  
perierat , & inventus est ,  
allelúia. **L**uc. 15.

**A**nt. 3. **E**. Pro púero  
isto orávi , & dedit mihi  
Dóminus petitionem  
meam quam postulávi  
eum , allelúia. **I**. **R**eg. 1.

**A**nt. 5. **C**. Exultávit  
& dilatátum est cor  
meum , quia lètata sum  
in salutári tuo , Dómine ,  
allelúia. **I**. **R**eg. 2.

**A**nt. 6. **F**. Nunc , Dó-  
mine , secundum volun-

tátem tuam fac mecum ;  
& præcipe in pace récipi  
spíritum meum , allelúia.

**T**ob. 3.

**C**APITULUM. 2. **C**or. 1.  
**B**Enedictus Deus , &  
Pater Dómini nostri  
Jesu Christi , Pater misé-  
ricordiarum & Deus to-  
tius consolatiónis , qui  
consolátur nos in omni  
tribulatióne nostra.

Allelúia , allelúia. v.  
Secundum multitúdinem  
dolórum meórum in cor-  
de meo , consolatiónes  
tuæ , Dómine , lètifica-  
vérunt ánimam meam.  
Allelúia. Ps. 93.

**H**YMNUS.  
**J**AM sponte natus , Mó-  
nica ,  
Christi jugo se subdi-  
dit ,  
Et fonte lustrátus fa-  
cro  
Castis refulget móri-  
bus.

**Q**UID ergo terris ám-  
plius ,  
Beata mater , ámbias ?  
Voti tui te cōpotem  
Cœlestis aula dévocat.  
**C**ARNIS solúta cárcere  
Ad astra dum mens  
évolat ,  
Hic déseris lugéntibus

Humanda membra fi-  
liis.

MATREM quid, Augustí-  
ne, fles

Tot inclytam virtuti-  
bus?

Pro plánctibus, lætis  
juvat

Ornáre funus cánticis.

ASTANS sacris altáribus

Almæ parentis sis me-  
mor;

Ut si piandum quid  
manet,

Sanctâ piétur hóstiâ.

VERUM flagrans quam  
cáritas

Fletusque multus áb-  
luit,

Accepta jam mens Nú-  
mini,

Cœlique juncta cœti-  
bus.

QUAM lácrymis quon-  
dam tuis

Nato impetrasti grá-  
tiam,

Hanc sédulâ nobis  
prece,

Benigna mater, ímpe-  
tra.

SOLATOR ô moérantium,  
Jesu, tibi sit glória,  
Cum Patre cumque  
Spiritu,  
In sempiterna sécula.  
Amen.

¶. Desidérium cordis  
ejus tribuisti ei, Dómine,

¶. Longitúdinem diérum  
in séculum séculi. Ps. 20.

*Ad Magnificat.*

*Ant. 4. d. duplicanda.*

Defuncta est ac sepulta,  
luxitque illam omnis pô-  
pulus : surrexérunt filii  
ejus, ac beatissimam  
prædicavérunt, alle-  
lúia. Judith 16. Prov.

31.

*Oratio.*

Deus moérantium con-  
solátor, & in te  
sperántium salus, qui  
beátæ Mónicæ pias lá-  
crymas in conver síone  
filii sui Augustíni misé-  
ricorditer suscepisti ; da  
nobis utriusque interven-  
tu peccáta nostra pœni-  
tentiæ lácrymis eluere,  
& grátiæ tuæ indulgén-  
tiam invenire : Per Dó-  
minum nostrum Jesum  
Christum Filium tuum,  
qui tecum vivit & reg-  
nat in unitáte Spíritus  
sancti Deus, per ómnia  
sécula seculórum.

¶. Amen.

*Pro Commemoratione  
Conversionis S. Auguſti-  
ni,*

*Ant. Castigasti me, &*

46 5. MAII. In Conversione S. Augustini.

eruditus sum quasi ju-  
venculus indomitus: con-  
verte me, Dómine, &  
convertar, quia tu Dó-  
minus Deus meus, alle-  
lúia. *Jer. 31.*

¶ Errávi sicut ovis  
quae pérīit: R. Quære  
servum tuum, Dómine.  
*Ps. 118.*

Oratio ut infra ad  
Laudes.

Non fit Commemoratio  
de Cruce.

#### AD COMPLETOR.

Ant. 2. A. Gustávit,  
& vedit quia bona est  
negotiatio ejus: non ex-  
tinguétur in nocte lucer-  
na ejus, allelúia. *Prov.*  
31.

*Hymnus de Tempore,*  
cum sua Doxologia.

Ad Nunc dimittis.

Ant. 1. D. Indue te  
decòre sempiternæ gló-  
riæ; Deus enim ostendet  
splendórem suum in te,  
allelúia. *Baruch 5.*

DIE V. MAII.

#### IN CONVERSATIONE

S. AUGUSTINI,  
Hipponensis Episcopi.

Duplex-majus.

[ Si transferatur, &  
habeat primas Vespertas,  
dicuntur ut sequitur.

#### AD I. VESPERAS.

*Psalmi de Feria.*

Ant. C Onvértere ad  
i. a. C Dóminum, &  
relinque peccáta tua:  
non demoréris in errore  
impiorum, allelúia. *Eccli.*  
17.

Ant. 2. D. Noli timé-  
re: non confundéris, ne-  
que erubefces, quia con-  
fusiónis adolescentiæ tuæ  
obliviscéris, allelúia. *Ils.*  
5.

Ant. 3. a. Miserans  
miserébitur tuî Deus: ad  
vocab clamóris tui sta-  
tim ut audierit, respon-  
débit tibi, allelúia. *Ils.*  
30.

Ant. 4. E. Confitébe-  
ris, & laudábis Deum,  
& gloriáberis in misera-  
tiónibus illius, allelúia.  
*Eccli. 17.*

Ant. 5. F. Et nunc  
quid moráris? Exurge,  
baptizáre, & áblue pec-  
cata tua, allel. *A&t. 22.*

CAPITULUM. *Eccli. 5.*

N E sequáris in fortí-  
tudine tua concu-  
piscéntias cordis tui....  
Non tardes converti ad  
Dóminum, & ne diffe-  
ras de die in diem.

R. Dissolve colliga-

tiones impietatis : \* Tunc † Erumpet quasi manè lumen tuum , & fánitas tua cítius orié- tur , allelúia , allelúia.

¶. Surge , qui dormis , & exurge à mórtuis ; & illuminábit te Christus :

\* Tunc. Glória Patri. † Erumpet. *Is.* 58. *Ephes.* 5.

## HYMNUS.

**I**S ergo desertor Dei , Is castitatis tránsfuga , Pressus jugo cupidinis Qui servit , Augustí- nus est !

**Q**UID íngeni divína vis , Facundiæque prófuit ? Quid liberáli quas opes Natúra congesit ma- nu ?

**I**N crimen , in poenas suas Hæc dona vertit ísolens , Vanamque per sciéntiam Nescire doctus est Deum.

**T**U , Christe , vultu rés- pice Ovem benigno dé- viam , Collóque submissam , bonus Pastor feras ad páscua.

**AUDIS** : rebellis péctoris Tandem triumphat grátia ,

**Ultróque captívus ju-** gum

Aurélius gestit pati.

**O GRATA** Christi sérvit- tus ,

**Quæ nos ab orco víni-** dicans , Et liberos verè facit , Cœloque cives áfferit !

**SPES** , Christe , poenitentium , Jugis tibi sit glória , Cum Patre cumque Spíritu , In sempiterna sécula.

Amen.

**¶.** Errávi sicut ovis quæ périit : **R.** Quære servum tuum , Dómine. *Ps.* 118.

*Ad Magnificat.*

**Ant.** 7. G. Castigasti me , & eruditus sum quasi juvénulus indómitus : converte me , Dómine , & convertar , quia tu Dóminus Deus meus , allelúia. *Jer.* 31.

*Oratio ut infrà ad Laudes.*

*Ante Ascensionem , fit Commemoratio de Cruce.*

**AD COMPLETOR.**  
*ut infrà post II. Vesperas.]*

## AD OFFICIOUM

## NOCTURNUM.

*Invit.* Dóminum, qui fecit cum servo suo misericórdiam magnam, \* Venite, adorémus, alleluia. 3. *Reg.* 3.

## HYMNUS.

**Q**UID non Christe,  
potes? Nescia cédere  
**U**t gaudes sine vi rúm-  
pere péctora!  
**U**t viétrice manu quos  
súbigis tuæ  
Formas milítiae duces!  
**I**NSANA túmidus dum sa-  
piéntiâ  
Augustínus ovat, nec  
pátiens regi,  
Spreto, ferre priùs  
quod décuit, jugo,  
Vanis servit amóribus.  
**E**RROREM ténebris ut  
prémitur miser,  
Lucem quærit amans,  
quam trépidus fu-  
git:  
Pectus sollicitant hinc  
bona gáudia,  
Hinc rursùs mala dí-  
trahunt.  
**A**T cùm plena suo lúmi-  
ne Véritas  
Affulsit júveni, térrita  
nox fugit;  
Et divinus Amor sa-  
crílegos piüs

Ignes ignibus éxcutit.  
**Q**UAS victus lácrymas,  
quos gémitus dedit!  
Altè corda domans  
spíritus íncubat:  
Rumpit vincla, sacro  
flúmine tíngitur,  
Capto libérior jugo.  
**T**UM quæsita diù pax  
ánimo redit,  
Vanescunt dúbia men-  
tis imágines:  
Sublími plácidæ men-  
tis in ótio,  
Vero lúmine páscitur.  
**Q**UI lucis pater est, gló-  
ria sit Patri;  
Qui lux ipsa Patris,  
glória Filio:  
Quo præfente micat  
lux sacra córdibus,  
Sit laus par tibi, Spí-  
ritus.

Amen.

*Psalmi de Feria in  
toto Officio.*

*Ant.* 3. E. Dixi ego in  
corde meo: Vadam, &  
áffluam delíciis, & fruar  
bonis; & vidi quodd hoc  
esset vánitas, alleluia.  
*Eccles.* 2.

*Ant.* 7. c. Postquam  
ostendisti mihi, Dómi-  
ne, confúsus sum, &  
erúbui, quóniam sustí-  
nui oppróbiū abolef-  
centiæ

céntiæ meæ , allelúia.  
Jer. 31.

*Ant. 2.* D. Lugébam ,  
& jacébam consternátus  
super fáciem meam , &  
vultus meus hærébat ter-  
ræ , allelúia. *Dan. 10.*

*V.* Afflictus sum & hu-  
miliátus sum nimis ; *R.*  
Rugiébam à gémitu cor-  
dis mei. *Pf. 37.*

*Lectio i. de Scriptura  
ocurrente.*

*R.* Recogitábo tibi ,  
Dómine , omnes annos  
meos in amarítudine áni-  
mæ meæ : \* Corrípies  
me , & vivificábis me ,  
allelúia , allelúia. *V.* No-  
lens áliquos perire , sed  
omnes ad pœniténtiam  
reverti , \* Corrípies me.  
*Iſ. 38. 2. Petr. 3.*

Ex libro Confessiónum  
sancti Augustini Episcopi.

*Lib. 8. Cap. 12.*

*Lectio ii.*

**E**Go sub quadam fici  
árbores stravi me ,  
nescio quómodò , & di-  
misi habénas lácrys ;  
& prorupérunt flúmina  
oculórum meórum , ac-  
ceptáble sacrificium  
tuum. Jaétabam voces  
miserábiles : Quámdiù ?  
quámdiù ? Cras & cras ?

Quarè non modò ? qua-  
rè non hác horâ finis tur-  
pitúdinis meæ ? Dicébam  
hæc , & flebam amaríssimâ  
contritióne cordis  
mei. Et ecce áudio vo-  
cem : Tolle , lege ; tolle ,  
lege. Statimque , mutáto  
vultu , repressóque ímpet-  
tu lacrymárum , cón-  
citus rédii ad eum locum  
ubi sedébat Alypius : ibi  
enim posueram códicem  
Apóstoli , cùm indè sur-  
réxeram. Arrípui , apé-  
rui ; & legi in siléntio  
capítulum quò primùm  
conjecti sunt óculi mei :  
Non in comediatíbus  
& ebrietatibus , non in  
cubilíbus & impudici-  
tiis , non in contentiōne  
& aemulatiōne ; sed in-  
dúite Dóminum nostrum  
Iesum Christum , & car-  
nis providéntiam ne fe-  
céritis in concupiscéntiis.  
Nec ultrà vólui légere ;  
nec opus erat. Statim  
quippe cum fine hujusce  
sententiæ , quasi luce se-  
curitatis insúsa cordi meo ,  
omnes dubitatiōnis téne-  
bræ diffugérunt.

*R.* Inventi sunt sermó-  
nes tui , & comédi eos : \*  
Et factum est mihi ver-

E

50 5. MAII. In Conversione S. Augustini.

bum tuum, Dómine, ut salvem te, allelúia.  
in gáudium & in létí-  
tiam cordis mei, alle-  
lúia, allelúia. ¶. Audi-  
vi vocem dicentem: Ac-  
cipe librum, & dévora  
illum; & accépi librum,  
& devorávi illum; \* Et  
factum est. *Jer. 15. Apoc.*  
**10.**

*Lectione iij. de S. Theo-  
dardo, ut in Breviario;  
ex duabus fit una.*

¶. Post tempestátem,  
tranquillum facis; & post  
lacrymatiónem & fletum,  
exultatiónem infundis:  
Sit nomen tuum, Deus  
Israél, benedictum in  
sécula, allelúia, allelúia.  
¶. Deo grátias, qui de-  
dit victóriam per Dómi-  
num nostrum Jesum  
Christum. \* Sit. Glória  
Patri. \* Sit. *Tob. 3. 1.*  
*Cor. 15.*

Te Deum.

¶. *Sacerd.* Exaltas me,  
Dómine, de portis mor-  
tis; ¶. Ut annúntiem  
omnes laudatónes tuas.

*Psf. 9.*

**A D L A U D E S.**

*Ant.* **N**E tímeas, ser-  
8. *G.* **N**ve meus, ait  
Dóminus, neque páveas;  
quóniam tecum ego sum

*Jer. 3.*

*Ant. 6. F.* Quóniam  
emollítum est cor tuum,  
& flevisti coram me,  
ego quoque exaudívi te,  
allelúia. *2. Par. 34.*

*Ant. 4. A.* Servus  
meus es tu: delévi ut  
nubem iniquítates tuas,  
& quasi nébulam peccá-  
ta tua, allelúia. *Is. 44.*

*Ant. 7. d.* Confortávi  
te, & auxiliátus sum ti-  
bi; & suscépit te déxte-  
ra Justi mei, allelúia. *Is.*  
**41.**

*Ant. 5. a.* Quàm mag-  
na misericórdia Dómini,  
& propitiátio illius con-  
verténtibus ad se! alle-  
lúia. *Eccli. 17.*

**CAPITULUM. Isaiæ 57.**  
**H**Æc dicit Excelsus  
& Sublimis: Abiit  
vagus in via cordis sui;  
vias ejus vidi, & sanávi  
eum, & reduxi eum,  
& reddidi consolatiónes  
ipsi & lugéntibus ejus.

**H Y M N U S.**  
**L**UCTATUM satis est;  
nec fúerit pudor  
Subjectum plácido cé-  
dere Númini:  
Æstus innócuos jam  
pudet ánxius

5. MAI. In Conversione S. Augustini. 51

Frustrà tamque diù se-  
qui.

**NIL** mortále sonans, Am-  
brósius docet

In tranquilla pedem  
quæ via dirigat :

Jam quod fugit , amat ;  
jam quod amáverat ,

Méns , altis inhians ,  
fugit.

**JAM** casti sólum péctoris  
óbtinet

Cum spe , vera fides ,  
álmaque cáritas :

Vos ergò , illécebræ ,  
cédite ; lúdicra ,

Mundi , édite , gándia .

**CHRISTI** solus amor , so-  
lus honor placet ;

Hæc vitæ réquies ,  
hic ánimæ cíbus :

Hinc præsens húmili  
fit Deus ómnia ,

Dùm nil attribuit  
sibi .

**NON** alter ténebris óbsita  
clárius

Sacrórum pénétrat lú-  
mina Códicum :

Non alter méliùs pró-  
terit ómnium

Omnes hæréson do-  
los .

**NUSQUAM** sic álio Chrif-  
tus ovans duce

Errórum tóties cón-  
tudit ímpetus :

Tot viétrix per eum  
Grátia láureas ,  
Quot pulsáta modis ,  
tulit .

Qui lucis pater est , gló-  
ria sit Patri ;  
Qui lux ipsa Patris ,  
glória Filio :  
Quo præsente micat  
lux sacra córdibus ,  
Sit laus par tibi , Spí-  
ritus .

Amen .

**V.** Díxi , Nunc cœpi :  
**R.** Hæc mutátio dexteræ  
Excelsi . *Pf. 76.*

*Ad Benedictus.*

*Ant. 1. D.* Vedit Deus  
præsumptionem cordis  
ejus quia mala est : idèò  
adimplévit propitiatió-  
nem suam in illo , &  
ostendit ei viam æquitá-  
tis , alleluia . *Eccli. 18.*

*Oratio.*

**O** Mnípotens & misé-  
ricors Deus , qui  
beátum Augustínum , de  
rrorum & vitiórum té-  
nebris ereptum , dilecti-  
onis abundántiâ replevisti ;  
da nobis , quæsumus , ut  
cujus hódie Conversi-  
onem cólimus , ejus pré-  
cibus & exemplo ad te  
toto corde conversi , eò  
te validius amémus , quò  
E ij.

52 5. MAI. In Conversione S. Augustini.

sérius amávimus : Per Dóminum.

Pro Commemoratione Sancti Theodardi, Ant. Ego sum. V. Elégit. in Communi. Oratio, Præsta. in Proprio Sanctorum.

Deinde ( ante Ascensionem ) fit Commem. de Cruce.

A D P R I M A M.  
Ant. 8. G. Ne timeas.

In. R. br. V. Qui venisti quærere \* & salvum facere quod perierat. Luc. 19.

A D T E R T I A M.  
Ant. 6. F. Quóniam.

CAPITULUM. 4. Reg. 20.

HÆc dicit Dominus Deus : Audívi orationem tuam, & vidi lácrymas tuas ; & ecce sanávi te.

R. br. Deus , vitam meam \* annuntiávi tibi, \* Allelúia, allelúia. Deus. V. Posuisti lácrymas meas \* in conspectu tuo, \* Allelúia. Glória Patri. Deus. Ps. 55.

V. Dómine Deus meus, clamávi ad te ; R. Et sanasti me. Ps. 29.

A D S E X T A M.

Ant. 4. A. Servus meus.

CAPITULUM. Isaiæ 43.

E Go sum , ego sum ipse qui déleo iniqüítates tuas propter me, & peccatórum tuórum non recordábor.

R. br. Bénedic , \* ánima mea , Dómino , \* Allelúia , allelúia. Bénedic. V. Qui propitiátur \* ómnibus iniqüítibüs tuis , \* Allelúia. Glória Patri. Bénedic. Ps. 102.

V. Benedictus Dóminus , R. Quóniam misericórdiam suam mihi. Ps. 30.

A D N O N A M.

Ant. 5. a. Quàm magna.

CAPITULUM. Tob. 13.

Convertímini itaque , peccatóres , & facite justitiam coram Deo , credentes quòd fáciat vobis cum misericórdiam suam. Ego autem & ánima mea in eo lætabimur.

R. Exultábo & lætabor \* in misericórdia tua , Dómine \* Allelúia , allelúia. Exultábo. V. Quóniam salvasti de necessitáribus \* ánimag meam , \* Allelúia. Glória Patri. Exultábo. Ps. 30.

**V.** Glorificábo nomen tuum in æternum , **R.** & confirmávit deficientes sustinére , & destinávit illis sortem veritatis.  
Quia misericórdia tua magna est super me. *Psf.*

85.

## AD II. VESPERAS.

*Ant.* **B**Enedictum est no-  
1. a. men tuum ,  
Deus patrum nostrorum ,  
qui cùm iratus fúeris ,  
misericórdiam fácies ,  
allelúia. *Tob.* 3.

*Ant.* 4. E. Tu Dóminus Deus meus : post-  
quam convertisti me ,  
egi pœnitentiam , alle-  
lúia. *Jerem.* 31.

*Ant.* 7. c. Invénit ser-  
vus tuus grátiam coràm  
te , & magnificasti mis-  
ericórdiam tuam quam fe-  
cisti mecum , allelúia.  
*Gen.* 19.

*Ant.* 3. E. Eruisti áni-  
mam meam ut non per-  
rire; projecisti post ter-  
gum tuum ómnia pec-  
cata mea , allelúia. *Ij.*  
38.

*Ant.* 6. c. Liberasti me de perditioñe : proptérae  
confitébor & laudem di-  
cam tibi , allelúia. *Eccli.*

51.

CAPITULUM. *Eccli.* 17.

**D**EUS pœnitentibus de-  
dit viam justitiae ,

& confirmávit deficientes  
sustinére , & destinávit  
illis sortem veritatis.

## HYMNUS.

**Q**UÆ vagantem te  
reduxit  
Ad salutis fémitam ,  
Quæ sepulto noctis  
umbrâ  
Lucis ostendit jubar ,  
Alme Doctor , efficá-  
cem  
Prome Christi grá-  
tiam.

**Q**UOT per undas jaicitá-  
rat

Te juventa dévium ,  
Quot per æstus impo-  
tentem  
Te libido tráxerat ,  
Tot per ignes innocen-  
tis

Vis amoris tránsfultit:  
**M**IRUS in te fons lavácri  
Nil reliquit nòxium ;  
Nullus error , nulla  
labes.

Sic repugnantem no-  
tat :

Ardor unus caritatis  
Pectus ingens cónficit.

**N**ON bonorum , non  
honórum

Aut voluptas aut  
quies ,  
Non caducæ membra  
carnis

E iii.

54 5. MAII. In Conversione S. Augustini.

Mentis arcent ímpetus :  
Sola vītæ mox futūræ  
Vota vitam fūstinent.

MAGNE casti nate luētūs ,  
Magne lugentūm pater,  
Fac eódem nostra te-  
cum

Mens anhēla spíritu ,  
Spernat ima , spectet  
alta ,

Nec nīsi Christum pe-  
tat.

SIT supréma laus Parenti ,  
Sit supréma Filio :

Laus tibi , qui nectis  
ambos ,

Sit supréma , Spíritus ,  
Flétilibus qui pœniten-  
tūm

Pura misces gáudia.  
Amen.

V. Misericordias Dó-  
mini n̄. In æternum can-  
tabo. Ps. 88.

*Ad Magnificat.*

Ant. 5. C. Dóminus  
purgávit peccáta ipsius ,  
& exaltávit in æternum  
cornu ejus ; & dedit illi  
sedem glóriæ in Israël ,  
allelúia. Eccli. 47.

*Oratio , Omnipotens.  
suprà ad Laudes.*

*Fit Commemoratio  
Martyrii S. Joannis  
Apostoli & Evangelistæ.*

*Ant. Jesus ait Jacóbo*

& Joanni : Cálicem quem  
ego bibo , bibétis ; &  
baptismo quo ego baptí-  
zor , baptizabímini , alle-  
lúia. *Marc. 10.*

V. Impinguasti in óleo  
caput meum : n̄. Et ca-  
lix meus inébrians quām  
præclárus est ! *Ps. 22.*

Orémus.

D Eus , qui cónspicis  
quia nos úndique  
mala nostra perturbant ;  
præsta , quæsumus , ut  
beati Joannis Apóstoli  
tui & Evangelistæ con-  
fessio glorióla nos pró-  
tegat : Per.

*Deinde S. Theodardi ;  
& ultimò ( ante Ascens.)  
de Cruce.*

AD COMPLETOR.

Ant. 4. a. Nihil odisti  
eórum quæ fecisti : par-  
cis autem omnibus , quó-  
niātua sunt, Dómi-  
ne , qui amas áimas ,  
allelúia. *Sap. 11.*

*Hymnus de Tempore ,  
cum sua Doxologia.*

*Ad Nunc dimittis.*

Ant. 6. C. In tribula-  
tione peccáta dimittis his  
qui invocant te , Dñe : non  
enim delectáris in perdi-  
tionibus nostris , allelúia.  
*Tob. 3.*

DIE XXVIII. AUGUSTI.

IN FESTO

SANCTI AUGUSTINI,

HIPPONENSIS EPISCOPI;

ET ECCLESIAE DOCTORIS.

SOLEMNE - MAJUS.

*Omnia ut in Breviario  
Tolosano, additis qua  
sequuntur.*

*IN I. VESP. Psalmi  
de Feria. Responsorium,  
dicto Glória Patri. re-  
sumitur integrum usque  
ad V. exclusivè. Dupli-  
catur Ant. ad Magnifi-  
cat.*

*Fit Commem. S. Cæ-  
sarii.*

*Nihil fit autem de S.  
Juliano Mart. hodie nec  
cras: at ne singulis annis  
prætermittatur, transfe-  
ratur ejus Commemoratio  
in diem 29.*

**AD OFFICIUM  
NOCTURNUM.**

*Invit. Deum scientiá-  
rum Dóminus, \* Vení-  
te, adorémus. 1. Reg. 2.*

*Pſ. 94. Venite.*

*Hymnus, Nunc cœlo:  
ut in Breviario.*

*Psalmi de Dominica;  
& sic in reliquo Officio.*

**IN I. NOCTURNO.**

*Ant. 1. a. Audi, Sa-  
cerdos magne, dicit Dó-  
minus, tu & amici tui  
qui hábitant coràm te :  
Ecce ego addúcam ser-  
vum meum. Zach. 3.*

*Ant. 2. D. Lóquere ad  
eum, & pone verba mea  
in ore ejus: ipse loqué-  
tur pro te ad pòpulum,  
& erit os tuum. Exod.  
4.*

*Ant. 3. E. Fecit ut  
præcéperat Dóminus; &  
státuit eum coràm omni  
frequéntia pòpuli, impó-  
fitis cápti ejus mánibus.  
Num. 27.*

*V. Elégit Dóminus*

56 28. AUGUSTI. In FESTO S. AUGUSTINI.  
servum suum; & Pásce- spíritu loquebátur. ACT.  
re hæreditátem suam. PS. 18. Deut. 33.

77.

De libro Sapiéntiæ.

Lectio j. Cap. 7.

**O** Ptávi, & datus  
est mihi sensus;  
& invocávi, &  
venit in me spíritus sa-  
piéntiæ. Et præpósui il-  
lam regnis & sédibus, &  
divítias nihil esse duxi in  
comparatióne illius, nec  
comparávi illi lápidem  
pretiósū; quóniam om-  
ne aurum in compara-  
tióne illius aréna est exí-  
guā, & tanquam lутum  
æstimábitur argentum in  
conspectu illius. Super  
salútem & spéciem dilexi  
illam, & propósui pro  
luce habére illam; quóniam  
inextinguibile est lu-  
men illius. Venérunt au-  
tem mihi ómnia bona pá-  
riter cum illa, & innu-  
merabilis honestas per  
manus illius.

R. Hic erat edoctus  
viam Dómini; \* Et fer-  
vens spíritu loquebátur,  
& docébat diligenter ea  
quæ sunt Jesu. V. Vedit  
principátum suum quod  
in parte sua doctor esset  
repósitus; \* Et fervens

Lectio ij.

**L**Ætátus sum in ómni-  
bus, quóniam ante-  
cedébat me ista sapién-  
tia, & ignorábam quóniam  
horum ómnium ma-  
ter est. Quam sine fictiōne  
dídici, & sine invídia  
commúnico, & honestá-  
tem illius non abscondo:  
infinitus enim thesaurus  
est homínibus, quo qui  
usí sunt, partícipes facti  
sunt amicitiæ Dei, prop-  
ter disciplinæ dona com-  
mendáti. Mihi autem de-  
dit Deus dicere ex sen-  
tentiā, & præsumere  
digna horum quæ mihi  
dantur; quóniam ipse  
sapiéntiæ dux est, &  
sapiéntium emendátor:  
in manu enim illius &  
nos, & sermónes nostri,  
& óperum sciéntia, &  
disciplina.

R. Venérunt ad eum  
plúrimi, \* Quibus expo-  
nénbat testificans regnum  
Dei à manè usque ad  
vésperam. V. Veniébant  
de cunctis pópolis ad au-  
diendam sapiéntiam ejus,  
\* Quibus exponébat, ACT.  
28. 1. Reg. 4.

28. AUGUSTI. In Feste S. Augustini. 57

Lectione iij. Cap. 8.

**P**roposui sapientiam adducere mihi ad convivendum, sciens quoniam mecum communicabit de bonis, & erit allocutio cogitationis & tedium mei.... Intrans in domum meam conquiescam cum illa: non enim habet amaritudinem conversatio illius, nec tedium convictus illius, sed laetitiam & gaudium. Hæc cogitans apud me, & commemo-rans in corde meo, quoniam immortalitas est in cognatione sapientiae, & in amicitia illius delectatio bona, & in operibus manuum illius honestas sine defec-tione, & in certamine loquela illius sapientia, & præclaritas in communicatione sermonum ipsius; circuibam quærens, ut mihi eam assumerem.

**R.** Mirabantur sapientiam ejus; \* Et dicebant alter ad alterum: Non est talis super terram in sensu verborum. **V.** Intendebant turbæ his quæ ab eo dicebantur, unanimiter audientes; \* Et

dicebant. Gloria Patri. Repetitur **R.** Mirabantur usque ad **V.** Judith 11. Act. 8.

IN II. NOCTURNO.

**A**nt. 4. E. Deosculatus est eum vir Dei, & ait: Ecce unxit te Dominus super hereditatem suam in principem, & liberabis populum suum de manibus inimicorum ejus. 1.

**R**eg. 10.

**A**nt. 6. F. Tulerunt eum, stetitque in medio populi; & ait vir Dei ad omnem populum: Certè videtis quem elegit Dominus, quoniam non sit similis illi. 1. **R**eg. 10.

**A**nt. 5. C. Sedit super solium Domini, & paruit illi omnis populus: magnificavit ergo illum Dominus, & dedit illi gloriam quam nullus habuit. 1. **P**aral. 29.

**V.** Magna est gloria ejus in salutari tuo, Domine: **R.** Gloriam & magnum decorem impones super eum. **P**s. 20.

*Letiones ut in Breviario.*

**P**ost. iv. **L**eet. **R.** Quæsivit bona genti suæ, & placuit illis potestas ejus, & gloria ejus omnibus

58 28. AUGUSTI. In *Festo S. Augustini.*

diébus : \* Confirmávit omnes húmiles pópuli sui, & ábstulit omnem ini- quum & malum. ¶ Po- tens exhortári in doctrína fana, & eos qui contra- dicunt argúere, \* Con- firmávit. 1. *Mach.* 14. *Tit.* 1.

*Post v. Lect.* ¶ Erat plenus grátiâ & fortitú- dine : \* Surrexérunt au- tem quidam disputantes cum eo, & non pótē- rant resistere sapiéntiæ ejus. ¶ In diébus illis exiérunt ex Israël filii iníqui, & recessérunt à testamento sancto : \* Sur- rexérunt autem. *Að.* 6. 1. *Mach.* 1.

*Post vij. Lect.* ¶ Re- pulsí sunt inimíci præ timóre ejus, & omnes operárii iniquitáti con- turbáti sunt : \* Directa est salus in manu ejus, & congregávit pereun- tes. ¶ Vir éloquens, potens in Scriptúris, ve- hementer revincébat pú- blicè : \* Directa est. Gló- ria Patri. *Repetitur* ¶ Repulsí sunt. usque ad ¶ 1. *Mach.* 3. *Að.* 18.

*IN III. NOCTURNO.*

*Ant.* 8. G. *Dilectus à*

Dómino Deo suo, invo- cávit Dóminum omnipo- tentem in oppugnando hostes circumstantes ún- dique. *Ecli.* 46.

*Ant.* 7. d. Ego susci- távi eum, dicit Dómi- nus: confusi sunt & eru- buérunt, simul abiérunt in confusióne fabricató- res errórum. *Iſ.* 45.

*Ant.* 5. a. Non erat qui résisteret ei; & nominá- tum est nomen gloriæ ejus usque ad extrémum terræ. 1. *Mach.* 14.

¶ Ad nihilum deduc- tus est in conspectu ejus malignus : ¶ Timentes autem Dóminum glorí- ficat. *Pſ.* 14.

*Lectio*nes ut in *Bre- viario*, omíssā eā quæ de *S. Juliano*.

*Post viij. Lect.* ¶ Cūm esset sapientissimus, dó- cuit pópulum : quæsi- vit verba utilia, & \* Conscriptis fermónes rec- tissimos ac veritaté plenos. ¶ Nihil extrà di- cens quám ea quæ Prophétæ locútis sunt, \* Con- scriptis. *Eccles.* 12. *Að.* 26.

*Post viij. Lect.* ¶ Doc- trinam sapiéntiæ & disci-

plinæ scripsit : \* Beatus qui in istis versatur bonis ; qui ponit illa in corde suo, sapiens erit semper. ¶ Hic est qui accépit verba vité dare nobis : \* Beatus. Eccli. 50.

*Act. 7.*

*Post ix. Lect. 12.* Impléitus es quasi flumen sapiéntiâ : \* Longè diulgátum est nomen tuum, & dilectus es in pace tua ; & in interpretationibus miratæ sunt terræ. ¶ Tu affecútus es doctrinam, fidem, longanimitátem, ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia : \* Longè. Glória Patri. *Repetitur 12.* Impléitus es. usque ad ¶ Eccli. 47. 2.

*Tim. 3.*

Te Deum.

¶. *Sacerd.* Os meum loquéatur sapiéntiam, ¶. Et meditatio cordis mei prudentiam. Ps. 48.

A D L A U D E S.  
CANTICUM. Eccli. 39.

*Encomium Sapientis.*

**S**apiens apériet os suum in oratione, \* & pro delictis suis deprecábitur.

Si enim Dóminus mag-

nus volúerit, \* spíritu intelligéntiæ replébit il- lum :

Et ipse tanquam im- bres mittet eloquia sa- piéntiæ suæ, \* & in ora- tione confitébitur Dómi- no;

Et ipse diriget consí- lium ejus & disciplinam, \* & in absconditis suis con- siliábitur.

Ipse palàm fáciet dis- ciplinam doctrinæ suæ, \* & in lege testamenti Dó- mini gloriábitur.

Collaudábunt multi sa- piéntiam ejus, \* & us- que in séculum non de- lébitur.

Non recédet memória ejus, \* & nomen ejus requirétur à generatiōne in generatiōnem.

Sapiéntiam ejus enar- rábunt gentes, \* & lau- dem ejus enuntiábit Ec- clésia.

Glória Patri.

[*Dicitur per Octavam;*  
*quando fit de ea.*]

Duplicatur *Ant.* ad Benedictus.

*Non fit Commemoratio*  
*S. Juliani.*

A D H O R A S.

*Doxologia, Sit laus*

60 28. AUGUSTI. In F<sup>e</sup>sto S. Augustini.

Patri. ut in Breviario ; ita ut nullus fuerit similis tuu. 2. Par. 1.  
& dicitur per Octavam , etiam in Festis occurrentibus , nisi propriam habeant.

AD PRIMA M.  
Non dicitur Symbolum,  
Quicumque.

C A N O N .

Ex sancto Fulgentio.  
Lib. de verit. praelest. &  
grat. script. circ. an.  
523. Lib. 2. Cap. 18.

A ugustinum legat omnis qui salutem aeternam adipisci desiderat : humiliter orans misericordem Deum , ut eumdem spiritum intelligentiae legens accipiat , quem ille accepit ut scriberet ; & eamdem illuminacionis gratiam adipiscatur ut discat , quam ille adeptus est ut doceret. Tu autem.

AD TERTIAM , SEXTAM , & NONAM , additur duplex Alleluia.  
R R R brevibus.

AD II. VESPERAS.  
Ant. Sicut erudit filium  
1. D. suum homo , sic  
Dominus Deus tuus erudit te. Deut. 8.

Ant. 5. C. Sapientia &  
scientia data sunt tibi ,

Ant. 4. E. Tu sapiens es , sicut habet sapientiam Angelus Dei , ut intellegas omnia. 2. Reg. 14.

Ant. 6. F. Ecce docuisti multos , & vacillantes confirmaverunt sermones tui. Job. 4.

Ant. 7. c. Confundentur & erubescunt omnes qui pugnant adversum te , & contradicunt tibi. Is. 41.

CAPITULUM. Philip. 4.  
Q Uæ & didicistis , &  
accepistis , & audistis , & vidistis in me , hæc agite ; & Deus pacis erit vobiscum.

Alleluia , alleluia. ¶  
Scientia illius tanquam inundatio , & consilium illius sicut fons vitae permanet. Alleluia. Eccli.  
21.

H Y M N U S .

AUREA qui nunc olympos  
In stola stas , Pontifex ,  
Nube Verum qui remota  
Jam vides securius ,  
Hæc dies , quem concupisti ,

Dat

Dat Deo toto frui.

**Tu** rudes doce magister

Nos tibi qui sūbdimur;

Finge pectus, & li-  
quescat

Igne quo nunc úreris;

Prome dulce lac alum-  
nis

De cibo quo pásceris.

Nos opes jubes pater-  
nas,

Arva, fundos líque-  
re;

Páuperes sic nos adop-  
tas,

Dívites nos réspusis:

Quisque quod suum re-  
linquat,

Cuncta sunt commú-  
nia.

**U**NA nos domus sub una

Lege servet hóspites;

Una mensa pascat om-  
nes,

Una mens sit ómnibus;

Jungat una pax quié-  
tos,

Una sit lex cáritas.

**N**OCTE multâ tu se-  
pultis

Fer facem dux præ-  
vius;

Quæ redúcunt nos  
olympo,

Fac tenére sémitas:

Quod notas iter, sé-  
quámur;

Ad Deum nos ibi-  
mus.

**L**AUS tibi detur peren-  
nis,

Grátiae fons, ô Pater;

Sit tibi laus, Nata,  
compar,

Autor omnis grátiae;

**L**AUS Amóri, quo vo-  
lentes

Grátiae nos súbdimur.

Amen.

**V.** Dómine, Dómine,  
virtus salútis meæ, **R.**

Obumbrasti super caput  
meum in die belli. **Ps.**

139.

*Ad Magnificat.*

*Ant. 8. G. duplicanda.*

Máximus in salútē elec-  
tōrum Dei expugnare in-  
surgentēs hostes: quis ante  
illum résistit? nam  
hostes ipse Dóminus per-  
duxit. *Eccli. 46.*

*Oratio.*

**O**Mnipotens & misé-  
ricors Deus, qui  
béatum Augustinum E-  
vangélii grátiae tuæ tes-  
tem & propugnatorem in  
Ecclésia suscitaſti: ejus-  
dem grátiae, quæſumus,  
in nobis ostende virtú-  
tem; ut & voluntátem  
tuam, te docente, co-  
gnoscere, & eam corde

**F**

62 29. AUGUSTI. Dom. intrà Oct. S. Augustini.

magno valeámus, te ope-  
rante, perficere: Per Dó-  
minum.

Fit Commem. Decolla-  
tionis S. Joannis Bap-  
tista. Ant. Dico vobis.  
¶. Dixi. Oratio, Deus,  
qui beátum Joannem Bap-  
tistam. in Breviario.

AD COMPLETOR.

Psalmi & Capitulum de  
Dominica: cetera ut in  
Breviario, post primas  
Vesperas.

DIE XXIX. AUGUSTI.

Fit Officium de Decol-  
latione S. Joannis Bap-  
tista, ut in Breviario.

Lectione ix. de S. Juliano  
Mart. ut in Breviario,  
die 28. & fit Commem. ejus-  
dem in Laud. post Commem.  
Octava S. Augustini.

Ad Vesp. fit Commem.  
Octava.

DOMINICA  
INTRÀ OCTAVAM

Sancti Augustini.

Totum Officium ( nisi  
impediatur) fit de Domi-  
nica, ut in Psalterio,  
incipiendo à I. Vesperis,  
qua erunt de Sabbato ante  
Dominicam occurrentem,  
cum Commem. Octava S.  
Augustini in utrisque  
Vesperis & Laudibus.

DIEBUS

INTRA OCTAVAM

Sancti Augustini.

Semiduplex.

Omnia ut in die, excep-  
tis quæ sequuntur.

Psalmi de Feria in toto  
Officio.

AD OFFIC. NOCT.  
tres Antiph. sumuntur de  
uno ex Nocturnis diei,  
secundum Feriam, demto  
ritu solemni in ultimo  
Responsorio.

Lectione j. de Scriptura  
occurrente, tribus in unam  
junctis.

Lectione ij. & iij. habentur  
infrà, in qualibet die.

AD LAUD. Canticum  
ut in die. Ant. sola, Con-  
silium. quæ est quarta Lau-  
dum diei. Non duplicatur  
Ant. ad Benedictus.

AD HORAS, non di-  
citur Alleluia. in RER.  
brevibus.

AD PRIMAM, Canon  
occurrentis.

AD VESP. Ant. sola,  
Sicut erudit. quæ est pri-  
ma è II. Vesperis diei,  
suprà. 60. Non dicitur  
¶. Alleluiaiticus, nec du-  
plicatur Ant. ad Magnifi-  
cat.

30. AUGUSTI. *De Octava.*

69

*AD COMPLETOR. Psalmi & Capitulum de Feria.*

*DIE XXX. AUGUSTI.*

*DE OCTAVA.*

*Ex Epistola tértia sancti Paulíni Episcopi Noláni ad sanctum Augustinum Episcopum.*

*Inter Epist. S. Aug. Epist. 94. alias 249. script. an. 408. nn. 1. & 2.*

*Lectio ij.*

**L**ucerna pédibus meis verbum tuum , & lumen sémitis meis. Ita quotiescumque litteras beatissimæ sanctitatis tuæ accipio , ténebras insipiéntiæ meæ discuti séntio ; & quasi collyrio declaratiónis infuso óculis mentis meæ, púrius video , ignorantiæ nocte depulsâ , & caligine dubitatiónis absintersâ .... Quid ergo húmiliis & terrens respóndeam ad hanc sapiéntiam quæ data est tibi désuper , quam hic mundus non capit , & quam non sapit , nisi sapiéntiâ Dei sapiens , & verbo Dei éloquens ? Itaque , quia experimentum hábeo

Christi in te loquentis , in Deo laudábo fermónes tuos , & non timébo à timóre nocturno.

*n. 4. Lectio iij.*

**E**go de præsenti vitæ meæ statu ut magistrum & médicum spiritálem cónsulo ; ut dóceas me facere voluntátem Dei, tuisque vestigijs ambulare post Christum. Utinam ergo sic dirigantur viæ meæ post vestigia tua , ut exemplo tuo solvens calceamentum vetus de pédibus meis , disrumpam víncula mea , & liber exultem ad currēdam viam ! Quò possum ásse qui mortem iftam , quâ mórtuus es huic século , ut vivas in Christo vivente in te , cuius & mors & vita in corpore tuo , & corde , & ore cognoscitur : quia non sapit cor tuum terrena , nec os tuum lóquitur ópera hóminum ; sed verbum Christi abundat in péctore tuo , & Spíritus veritatis effundit in lingua tua , superni fluminis ímpetu lætificans civitatem Dei.

**F ij**

DIE XXXI. AUGUSTI.

## DE OCTAVA.

Ex Epistola séptima sanc-  
ti Hierónymi Presby-  
teri ad sanctum Au-  
gustinum Episcopum.

*Inter Epist. S. Aug. Epist.*  
172. alias 30. script.  
an. 416.

*Lectio ij.*

**D**Uóbus libellis tuis,  
quos meo nómine  
dedicasti, eruditissimis &  
omni eloquéntiae splen-  
dore fulgentibus, ad tem-  
pus respondére non pótui.  
Non quò quidquam  
reprehendendum putem;  
sed quia, juxtà Apóstolum,  
Unusquisque in suo  
senſu abundet, álius qui-  
dem sic, álius autem sic.  
Certè quidquid dici pótuit,  
& sublími ingenio  
de Scripturárum sanctá-  
rum hauríti fóntibus, à  
te pósitum atque differ-  
tum est. Sed, quæſo re-  
veréntiam tuam, parum-  
per patiáris me tuum lau-  
dare ingénium: nos enim  
inter nos eruditiónis cau-  
sâ dissérimus. Céterū  
aemuli, & máximè hæré-  
tici, si diversas inter nos  
senténtias viderint, de  
ánimi calumniabuntur

rancóre descéndere. Mihi  
autem decretum est te  
amáre, cólere, mirári,  
túaque dicta quasi mea  
deféndere.

Ex Epistola octáva ad  
eudem.

*Unde, suprà. Epist. 195.*  
alias 25. script. forte  
an. 418.

*Lectio iij.*

**O**MNI quidem tém-  
pore beatitudinem  
tuam eo quo decet honó-  
re venerátus sum, & ha-  
bitantem in te dilexi Dó-  
minum Salvatórem. Sed  
nunc, si fieri potest,  
cúmulo áliquid addimus  
& plena complémus, ut  
absque tui nóminis men-  
tione ne unam quidem  
horam præterire patiá-  
mur; qui contrà flantes  
ventos ardóre fidei per-  
titisti, maluistique, quan-  
tum in te est, solus li-  
berári de Sódomis, quám  
cum pereúntibus commo-  
rári. Maecte virtute; in  
orbe celebráris. Cathóli-  
ci te conditórem antí-  
quæ rursùm fidei vene-  
rantur atque suspíciunt:  
&, quod signum majó-  
ris glóriæ est, omnes hæ-  
rétici detestantur, & me

5. SEPTEMBRIS. Octava S. Augustini. 65

pari prosequuntur ódio ;  
ut quos gládiis néqueunt ,  
voto interficiant.

VESP. de Octava , à  
Capitulo de S. Ægidio  
Abbate , in Communi.  
Oratio propria. Fit Com-  
mem. Octava.

DIEBUS I. II. III. &  
IV. SEPTEMBRIS , fit  
Officium de Sanctis occur-  
rentibus , cum Commem.  
Octava S. Augustini , tám  
in Laudibus quam in Ves-  
peris.

DIE V. SEPTEMBRIS.

Octava

S. AUGUSTINI ,  
Hipponensis Episcopi , &  
Ecclesiæ Doctoris.

Duplex-minus.

Omnia ut in die Festi ,  
exceptis que sequuntur.

Pridie , VESP. de SS.  
Lazaro , &c. ut in Brevia-  
rio , à Capitulo de die Oc-  
tava S. Augustini , ut in  
I. Vesperis Festi , omisso  
Responsorio. Non dupli-  
catur Ant. ad Magnifi-  
cat.

IN. I. NOCT. Lec-  
tiones de Scriptura occur-  
rente.

IN II. NOCTURNO.

Ex Epistola sancti Prós-  
peri Aquitani ad Rufi-  
num , de grátia & libe-  
ro arbitrio.

Script. vivente Augst.  
circ. an. 429. Cap. 3.

Lectio iv.

**V**Ersútias , quibus se  
filii tenebrarum in  
similitudinem filiorum lu-  
cis transfigurare voluér-  
runt , cùm & Orientá-  
lium Episcopórum judí-  
cia , & Apostólicæ Sedis  
autóritas , & Africanó-  
rum Conciliórum vigilán-  
tia deprehénderit ; bea-  
tissimus quoque Augustí-  
nus , præcipua útique in  
hoc témpore pórtio Dó-  
mini Sacerdótum , co-  
piósè & pulchrè in multis  
volúminum disputatióni-  
bus destruxit : útpotè , in-  
ter multa Dei dona qui-  
bus illum abundantíssimè  
Spíritus veritatis implé-  
vit , habens étiam hanc  
scientiæ & sapiéntiæ ex  
Dei caritaté virtútem ;  
ut non solum istam ( Pela-  
giánam hæresim ) adhuc in  
fuis detruncatióibus pal-  
pitantem , sed étiam mul-  
tas priùs hærefes invic-  
to verbi gládio debelláret.

Ex Epistola sancti Cœlestini Papæ primi ad Galliarum Episcopos.

*Script. post S. Aug. obit.  
forte an. 431. Cap. 2.*

*Lectio v.*

**A**ugustinum, sanctæ recordationis virum, pro vita sua atque méri-tis, in nostra communione semper habuimus; nec unquam hunc sinistræ suspicioneis saltē ru-mor aspersit. Quem tantæ scientiæ olim fuisse meminimus, ut inter magistros optimos etiam à meis semper Decessoribus haberetur. Benè ergo de eo omnes in communione senserunt, ut potè qui ubique cunctis & amori fü-rit & honori.

Ex libro sancti Remigii Lugdunensis Episcopi, de tenenda veritate Scripturæ.

*Script. circ. an. 854.*

*Cap. 9.*

*Lectio vij.*

**B**eatissimum & fidelis-simum patrem (Augustinum) semper in communione Sedis Apostolicae hábitum, & ab ejus etiam Pontificibus inter-

magistros fidei doctrinæ venerabiliter receptum, & ab ipsis tam clarè & honorificè contrà obtrec-tantes & obloquentes de-fensem, ita ut, impó-sito improbis filéntio, om-nem de eo missitationem comprimendam ac repel-lendam decérnerent, etiam nos totā fidei devo-tione honorémus, toto stúdio & intentione pie-tatis sequámur. Et in quibus, propter obscuritatem rerum & subtilitatem disputationum, mi-nus eum intelligere pössu-mus, vel à Dómino in-telligéntiam postulémus, vel ab eis quos ipse illu-minare dignátus est, hu-militer nos docéri patiá-mur ac deprecémur.

*IN III. NOCTURNO.*

Lectio sancti Evangélii secundūm Matthæum.

*Lectio vij. Cap. 5.*

**I**n illo tempore; Dixit Iesus discípulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? Ad nihil valet ultrà, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Et reliqua.

Homilia sancti Fulgentii  
Episcopi.

*De verit. prædest. & grat.*  
*Lib. 2. Cap. 17.*

**O**Mnes qui vitæ desiderant fieri æternæ partícipes, oportet sanctórum Patrum divinitus inspiratis informári & adhærere sententiis : qui gratiæ divinæ sic illuminati sunt dono , ut indubitanter afférerent in hóminis voluntate nihil bonæ cogitationis oboriri , nisi quod beneficio gratiæ prævenientis infunditur ; nihil in melius augéri , nisi quod subsequentis gratiæ juvamine roboratur ; nihil boni ab homínibus consummari , nisi quod eadem operante atque opitulante perficitur.

*Cap. 18. Lectio viij.*

**H**Æc itaque Catholícorum Patrum , Apostólicis institutiōnibus trádita , pérmanet in Ecclésiis sine aliqua dubitatiōne doctrina , quam Græci Latinique Pontífices , sancti Spíritus infusione firmati , uno atque indissociabili semper tenuére consensu. In qua beatus Augustinus , indú-

tus virtute ex alto , abundantiū illis ómnibus laboravit ; non autem ipse , sed grátia Dei cum illo. Ipsius enim ministério Dóminus uberiorem hujus rei fidélibus suis instruc̄tionem præbuit. Quippè , adhuc ipso in corpore constituto , Pelagiána hæresis adversus gratiā Dei mortiferis áufibus rebellavit. Nec défuit invicta benignitas miserantis Dei , quae mīlitem suum spiritális gratiæ armis tanto fortius præcingeret , quantò acrius adversus eamdem vasa iræ diábolus instigaret.

*Lectio ix.*

**P**Roinde memorátus Dei Póntifex ínclytus Augustinus , turrim fortitudinis ipsam gratiā tenens , & exinde cuncta hostílium machinamenta turmárum cœlestis juvaminis virtute confringens , non solùm ipse perfectam de hoste victoriā réferebant triumphavit ; quin etiam pósteris certandi & vincendi órdinem , si quando victa právitatis recidivo ausu infandum caput erigere niterétur ,

68 5. SEPTEMBRIS. *Octava S. Augustini.*

ostendit. Sensus quippe glorificatiōnis effectum.  
Christi habens, tam gratiæ AD LAUD. non du-  
Dei, quam humani arbitrii, & officia discribitur.  
& mérita; semper divi- plicatur. Ant. ad Bene-  
nis humana subjiciens, dictus.  
& veraciter docens, di-  
vinitus homini & gratuito brevibus.  
justificatiōnis donum, & AD VESP. non di-  
bonæ voluntatis exordium, & plenum tribui citur **V.** *Alleluia*, **RER.**  
Magnificat.

## FINIS.

---

## ERRATA.

Pag. 25. col. 2. lin. 8. *Festī*, lege, *Diei Octave*.

Pag. 48. col. 2. lin. ult. opprobium, lege, oppro-  
brium.

Pag. 51. col. 1. lin. 17. édite, lege, cédite.

Pag. 53. col. 2. lin. 28. repugnantem, lege, repur-  
gatum.







